

Werk

Titel: Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

Autor: Bakius, Reinhardus

Verlag: Lungius; Schmidius

Ort: Lübeck; Schleusingae

Jahr: 1640

Kollektion: VD17-nova

Werk Id: PPN616188471

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471> | LOG_0016

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

ptum fugatur, ubi unà cum parentibus suis, sicut Jacob unà cum filiis, conservandus. 3. Sicut Israelitæ vixerunt sub Pharaone *infanticidâ*: Sic & Christi fugam ipsum statim *infanticidium* Bethlehemiticum subsequitur. 4. Ut Israelitæ, mortuo *infanticidâ*, ex Ægypto egressi sunt: Ita & Christus revocatur ex Ægypto mortuo Herode. 5. Ut Israelitæ ex Ægypto ducti sunt per Mare rubrum, Ita Christus in Jordane tinctus est Baptismi fonte, cujus quidem egressus per mare rubrum typus fuit, 1. Corinth. 10. v. 2. 6. Ut Israelitæ in deserto fuerunt annis 40. antequam terram promissam occuparent, Ita & Christus, post acceptum Baptismum, in deserto 40. diebus ac noctibus hæsit, ac demum officium inchoavit. 7. Ut de Israelitis dicitur: *Portavit te Dominus, sicut homo solet gestare parvulum filium suum*, Deut. 1. v. 31. ita Dominus gloriæ verè in ulnis hîc portatur, sicut solet homo gestare parvulum suum filium, unde nonnulli huc referunt dictum, Ezech. 12. v. 12. *Dux qui in medio illorum est, humeris portabitur, in caligine egredietur, parietem perfodiet, ut educant eum, &c.* attamen cum Hebræi fontes habeant: *Dux qui in medio illorum, non PORTABITUR, sed PORTABIT*, utique hic locus non agit de Christo gestato, sed potius de rege Sedechia, qui in migratione Babylonica gestare debebat sarcinulas, sive instrumenta migrationis, ut ex collatione versus tertii & quarti dicti capitis satis liquet. Et tantum de Christi Servatoris exilio. *Tu nos Christe Iesu tuere ab exilio mortis æternæ, AMEN.*

Loc. Ezech. 12. vers. 12. non agit propriè de Christi fugâ.

In Festo Epiphaniæ Domini, Evangelium, Matth. 2.



QUM autem natus JESUS esset in Behlehem, in civitate Judææ, temporibus Herodis Regis, Ecce Magi ab Oriente accesserunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est ille, qui natus est Rex Ju-

Rr 3 deo-

deorum? Vidimus enim illius Stellam in Oriente, & accessimus ut adorem eum. Auditis autem his Herodes Rex, turbatus est, & tota Hierosolymorum urbs cum illo, & convocatis omnibus Pontificibus, & Scribis populi, percontatus est eos, ubi Christus nasceretur? At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judaa. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem in terra Juda, nequaquam minima es inter principes Juda. Ex te enim proditurus est mihi Dux, qui gubernaturus est populum meum Israel. Tum Herodes clam accersitis Magis, accuratè perquisivit ab illis, quo tempore Stella apparuisset? Et iussis ire in Bethlehem dixit: Profecti illuc, accuratè inquirete de puero. Ubi enim inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniam, & adorem illum, At illi, audito Rege, profecti sunt. Et ecce Stella, quam viderunt in Oriente, precedebat illos, donec progressa staret super locum, in quo erat Puer. Cum autem vidissent stellam, gavisissimi sunt gaudio magno valdè. Et ingressi domum, invenerunt puerum cum Maria matre eius, & prostrati ad-

ora-

ora verunt illum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, Aurum & Thus, & Myrrham. Et oraculo admoniti in somnis, ne revertentur ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.



Postolus Paulus Rom. 3. v. 29. & 30. pulchrè sic discurret: An Deus Iudaorum solum Deus? annon & Gentium? certè & Gentium, siquidem Deus unus est, qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Quo vis tempore hæc completa sunt: Licet enim Chaldei gentiles essent, ex ipsis tamen conversus est ille credentium pater Abraham, Gen. 12. licet Idumæi gentes essent, ex illis tamen conversus est pientissimus ille & patientissimus Hiob, Iob. 1. licet Midianitæ gentiles essent, ex illis tamen conversus est Iethro, Exod. 18. licet Moabitæ gentiles essent, ex illis tamen conversa est castissima Ruth, Ruth. 3. & 4. Cananæi licet gentes essent, ex illis tamen conversa est Rabab, Genealogiæ Servatoris nostri inserta, Matth. 1. Syri quantumvis gentiles essent, ex illis tamen conversus est Naeman, 2. Reg. 5. Assyrii utut gentiles erant, ex illis tamen conversa est celeberrima, Nive, cum omnibus incolis Jon. 3. Arabes etsi gentiles erant, ex illis tamen conversa est Regina illa Arabiæ Salomonem visitans, 1. Reg. 10. quid dicemus de Nebucadnezare Babylonio: de Cyro Persa: de Dario Medo, &c. quos omnes ex gentilitate novimus conversos. Quin imò an DEUS Iudæorum solum DEUS? annon & Gentium? certè & Gentium, siquidem DEUS unus est, qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem, hinc Jesus noster, licet, ut circumcisionis Minister, Rom. 15. revelatus sit Judæis & ante & in sua nativitate, jam tamen post nativitatem, stellâ duce, revelatur Gentium primitiis & Patriarchis, Magis Orientalibus, qui ut ex ipsis inferorum penetralibus mirabiliter evocantur, dicente Theodoro, sic in ipsis, Chrysolto teste, ostium gentibus referatur. Diruta itaque jam maceries est, Ephes. 2. v. 13. non populus populus hodie factus est, adeoque genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, 1. Pet. 2. v. 9. 10. ejus ergo prædicemus virtutes, qui nos in lucem vocavit è tenebris, 1. Petr. 2, 9. DEVS tibi grates sonet.

Exord. 2.

sonet gens orbis omnis una mundusq; vastus jubilet candelq; voce summa: Lau-
date Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, &c. Plal. 117. Es datt
Efen Gott vnd loben ihn / die Heyden vberalle / Vnd alle Welt die fremde
sich / &c. ¶ Vel assumas dictum Haggæi 2. v. 7. *Confidite, quia hæc dicit Domi-
nus omnipotens, adhuc modicum est, & commovebo cælum, & terram, & mare,
& aridam, & commovebo omnes gentes, venietq; Desideratus gentium.* Equi-
dem Judæi prædictionem hanc propheticam, in Messia nostro com-
pletam esse negant, cum intelligenda sit, partim de terræ motu, qui qui-
dem circa Herodis Ascalonitæ tempora, Judæam concusserit, oppressis
circa decem hominum millibus, Joseph l. 13. antiq. c. 7. partim verò de
commotione gentium, ista, qua Deus ex gentilitate multos commovit,
ut ex locis variis confluerent, ad videndam novi templi gloriam, &c.
Seq quicquid sit de terræ motu, in dicto tamen allegato expressè agitur,
non de Gentibus Hierosolymam venturis, sed de VENTURO quo-
dam, Domino singulari, quem Propheta nominat: *Chemdath Kal-Ha-
goiim*, Desideratum omnium Gentium, isque nemo alius est, quàm
Christus Servator noster unicus. Ejus enim in nativitate Cælum verè
commotum est, cum ex eo prodierint Angeli, læti lætæ, nativitatibus nun-
cii, Luc. 2. Commotus est in nativitate Christi aer, exorta nova stella,
Matth. 2. Commota sunt, terra, mare & arida, quando ex universo orbe,
terra mariq; confluebant homines ad persolvendum Cæsari tribu-
tum. Restabat ergo unicum, ut & gentes commoverentur, id quod
hodierna cum primis festivitate adimpletum est, quando Magi ex
Persia, per iter benè longum, veniunt in Judæam, novi regis fama ex-
citi & commoti. Verè ergo Venit *Desideratus*, vel ut Græci verterunt:
ELECTUS ille Gentium Caput gentium, Plal. 78. v. 44. *Salus gentium*,
Plal. 22. v. 29. *Vexillum gentium*, Esa. 11. v. 20. *Lumen gentium*, Esa. 49. v. 6.
quem merito adoramus, dicentes: *Tu Christe lumen gentium illuminato-
re corda nescientium - fidemq; dato*, Dasi wir erkennen seine Werck / vnd was
ihm liebt auff Erden / Vnd Jesus Christus Heyl vnd Stärck / bekande
den Heyden werden / vnd sich zu Gott bekehren. ¶ Vel assumas illa Si-
meonis verba: *Oculi mei viderunt Salutare tuum, quod parasti ante faciem
omnium populorum, Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tue
Israel*, Luc. 2. v. 30. 31. 32. mirabilis sanè horum verborum ordo, ubi Gen-
tiles præponuntur, postponuntur Judæi, quare hoc factum est? Si-
meon utique natus ipse Judæus est, cur ergo plebi Israel ultimum lo-
cum

Exord. 3.

cum tribuit? an ignoravit Judæos esse filios regni? Matth. 8. v. 12. an ignoravit Judæis regnum DEI primò annunciandum? Actor. 13. v. 46. an ignoravit Israelitas & sanctarum primitiarum sanctam massam, & sanctæ radices sanctos & naturales ramos esse? Rom. 1. v. 16. an ignoravit Simeon Israelitarum esse & adoptionem, & gloriam, & pacta, & legis constitutionem, & cultum, & promissiones, adeoque ipsum Christum ex illorum Patribus ortum, quod ad carnem attinet? Rom. 9. v. 4. & 5. Simeon certè cum Apostolo rectè dixisset: *Num igitur abjecit DEVS populum suum? absit, nam & ego Israelita sum ex semine Abrahæ*, Rom. 11. v. 1. At responsio facilis est, vidit Simeon in Spiritu S. filios regni aliquando ejiciendos, vidit gentiles ex Oriente & Occidente, ad mensam Abrahami, Isaaci & Jacobi cœlestem, convocandos, Matth. 8. vidit aliquando filios & filios canes futuros, Matth. 15. imò vidit complendam aliquando regulam illam: sic primi erunt imi, & imi erunt primi, Matth. 20. hanc itaque felicitatem Gentibus pius Simeon usque adeò non invidet, ut nobis Japhitis, de Messia potius gratuletur & Gentes Judæis, in suo Cantico, præponat, nec immeritò, cum hujus temporis Historia satis perspicuè innuat verè Johannem dixisse: *In sua venit, sed sui non receperunt eum*, Johan. 1. v. 11. nam licet Judæi à Gentibus admoneantur, de Christo nato, Rege suo, illum tamen contemnunt, multi trepidant, si qui puerulum quærunt, illi ad necem ipsum postulant &c. Gentes autem cur in cantico Simeonis non haberent *primum locum*, quærunt illi Christum, nec desistunt, donec inveniant, inventum salutant, nec non muneribus verè regalibus honorant. ¶ Tandem exordium fortè suppedabit hujus Festi insignis Majestas quæ satis liquet, I. ex nominis varietate, cum veteres hunc sextum Januarii diem nominarint, vel *Theophanian*, ob Christi Baptismum, Matth. 3. v. 16. vel *Bethphanian*, ob miraculum Cananzum in domo nuptiali peractum, Johan. 2. v. 1. vel *Phagophanian*, ob populum in deserto cibatum, Johan. 6. v. 10. vel *Epiphanian*, ob admirandam Magorum Orientalium illuminationem, Matth. 2. Et mirabilis quidem apparitio prima, mirabilis secunda, mirabilis tertia, *sed ultima mirabilius admiranda, quæ agnitus est à Magis*, Bernh. serm. 2. in Epiphan. (Refero hæc ex Antiquitate, quæ quidem dicta omnia hoc ipso die, diversis annis, facta putavit, sed Traditio est, incerta, inconstans, nec sibi ipsi consentiens, ut Chemnit. monet, c. Harm. 10. p. 203.)

II. Majestas hujus festi satis liquet: Ex jucunda ejus antiquitate, re-

fert enim, *Ammianus Marcellinus* historicus antiquiffimus, *Juliani* A-
 postatæ temporibus Epiphaniæ festum à Christianis solenniffimè ju-
 tum celebratum esse, verba ejus l. 21. ita habent: *Julianus Cæsar, ut omnes,*
nullo impediante, ad sui amorem illiceret, adberere se cultui Christiano fingebat,
*à quo jam pridem occultè desciverat. Feriarum igitur die, quem celebrantes, m-
 se Ianuario, Christiani EPIPHANIAN dicitant, progressus in eorum Ecclesiam*
solenniter, numine orato, discessit. Atque sic festum hoc annis post natum
 Christum 361. solenniffimum fuit. III. Hujus festivitatis majestas
 satis liquet ex præstantia & dignitate illius, in cujus quidem honorem
 celebramus, Romani, circa hoc anni tempus, sacra fecerunt Imperatori
Cajo: Julio: Augusto, qui die 6. Januarii trinum Romæ triumphum
 egit, à victis scilicet *Parthis, Medis & Ægyptiis*: Moderni Papistæ & Ro-
 manistæ hodiernum celebrant Festum in honorem trium Regum: *Ca-*
sparis, Melchioris, Balthasaris: sed apud Christianos hujus solennitatis
 causa alia est, cum nostram celebremus Epiphaniam, in honorem *DEI*
Patris, qui Gentium etiam *DEUS* est, Rom. 3. v. 29. & *DEI Filii*, qui
 Gentium Desiderium est, Hagg. 2. v. 7. & *DEI Spiritus* s. qui converso-
 nem Gentium multoties prædixit, &c. hæc est nostra Epiphania longè
 alia, quam illa illius Sacrificuli, qui cum interrogaretur, quid esset Epi-
 phania? dixit, fuisse mulierem quandam, quæ fuerit nutritrix Christi, pu-
 tavit esse nomen proprium, ut si nomines Euphemiam, inquit Philip.
 Melanth. in postill. p. 427.

Cum natus esset *Jesus*] *Jesulum* nostrum summo equi-
 dem studio quærere debuissent *Judæi*, ob rationes, quas hodiernæ hi-
 storix Evangelista præmittit, quia (1.) impletum jam erat Vaticinium
Iacobi de non auferendo sceptro à *Juda*, donec *Siloh* veniat, Gen. 49.
 v. 10. jam verò *Herodes* alienigena erat, Antipatri *Idumæi* filius, ex A-
 rabe matre, qui, beneficio Romanorum, ad regiam evectus dignitatem,
 à *Judæis* ægerrimè est admissus, quia *Israëlitæ* non erat, & habebant illi,
 adhuc, suum proprium regem *Antigonum* genere *Asmonæum*: sed quic-
 quid molirentur *Judæi*, *Herodes* tamen Romæ, inter *Antonium* & Im-
 peratorem *Augustum* medius, solenniffimè in *Capitolium* deductus,
 & finitis sacrificiis publicè, præfente toto *Senatu*, *Judæorum* Rex pro-
 clamatus est, quam etiam dignitatem annis 37. integris, vi & hypocrisi
 tutatus est, multis interim *Judæorum* millibus interfectis, *Ioseph*. an-
 tiq. l. 14. cap. 26. Sceptrum itaque jam ablatum est, & *Messias* venit, ve-

rus inquam Messias, id quod (2.) testatur complementum Vaticanii Michæ, c. 5. v. 2. cum Christus natus sit in Bethlehem, & quidem in Bethlehem Judææ, ad differentiam alterius Bethlehem, quæ non in tribu Juda sed Zabulon, adeoque non in Judæa sed in Galilæa, reperiebatur, Jos. 19. v. 15. Adest itaque ille Jacobi Siloh, adest ille Michæ Dux Bethlehemiticus, *succurrunt genti Iudæorum afflictæ divina, quia desunt humana, adest ipse DEVS, quibus homo non erat, ut adesset*, Chrysoft. serm. 156. *sed nondum Iudæi intelligunt, quod negare non possunt, nondum mente capiunt, quod vel oculis conspiciunt, quoniam in sanis Magistris veritas scandalum est, & cæcis Doctoribus fit caligo, quod lumen est*, Leo M. serm. 5. sup. Epiphan. c. 2. Quem itaque Judæi superciliosè negligunt, illum Gentiles summo studio inquirunt, ex remotissimis mundi plagis adventantes, quæ res cum admiratione dignissima, ideò Evangelista addit illam attentionis particulam: **ECCÆ.** ¶ *Observa itaque hic, sæpiusculè impleri illud Prophetæ: Quibus non est narratum de eo, viderunt, & qui non audierunt, contemplati sunt*, Esa. 52. v. 15. parum sanè his Orientalibus de Messia narratum erat, parum de eo audierant, parum certè viderant, viderant stellam, audiverant pauca ex Majoribus suis, quid scilicet olim de Messia prædixissent & Bileam, & Daniel sub captivitate Babylonica tantillum norunt Magi, & tamen vident Christum, contemplantur Christum, Christi adorandi causa tot regionum spatia pererrant, & ultra 200. miliaria emensi, veniunt Hierosolymam: Judæi contra quoties audierant de Christi matre ex Esaia, de Christi patria ex Micha, de Christi egestate ex Zacharia, &c. Bethlehemi hæc omnia completa sunt, testantur Angeli, testantur Pastores, testantur Magi, illi autem isthæc omnia suscipere deique habent, adest lux mundi, Johan. 1. sed Judæi amant tenebras, Johan. 3. adest Oriens ex alto, Luc. 1. sed manent Judæi in regione umbræ mortis, Esa. 9. v. 2. adest justitiæ Sol, Mal. 4. Sed sedent Judæi adhuc in tenebris & umbra mortis, Luc. 1. Detestandus sanè torpor, detestanda desidia! sed detestanda non in Judæis tantum, verùm in nostris etiam hominibus; Turcæ, per iter benè longum & difficile, visitant Mecham, ubi sui Mahometis sepulchrum, Philipp. Lonicer, Tom. 1. l. 2. c. 14. 15. Papistæ nudis pedibus peregrinantur, ad sanctorum fictas reliquias, nos quotidie experimur tritum illud: *proximus Ecclesia semper vult ultimus esse*. Imitemur ergò Magos nostros, aliàs illi & Judæorum & nostram somnolentiam ac socordiam, in extremo judicio accusabunt, Matt. 12. v. 42.

Torpor & Iudæorum & nostrorum hominum detestandus.

Venerunt Magi.] Adventantibus peregrinis, quæri ab omnibus solet, *quis novus hospes adest?* Quæritur itaque circa hos etiam peregrinantes 1. Quid non fuerint? 2. Quid fuerint? 3. Quot fuerint? 4. Quæ eorum nomina? &c. de singulis aliquid dicemus. Primò Reges hos fuisse, Pontificii putant, idque (1.) propter dicta, Esa. 60. v. 3. Psal. 72. v. 10. & 11. (2.) propterea, quod ex Cicerone l. 1. de divin. Plinio l. 30. c. 1. & aliis constet, ad regiam dignitatem apud Persas neminem fuisse admissum, qui non magicam percepisset scientiam: addunt Papiſtæ (3.) picturas vetustas, imaginesque Ecclesiasticas, Salmeron tom. 3. p. 340. sed quod ad dicta prophetica (1.) mirabiles fanè artifices sunt Papiſtæ, qui in hodierna historia quidem audiunt Magos ab Oriente venisse, illi autem eò referunt Tharsin, Sabam & omnes omnium Insularum Reges, id quod nihil aliud est, quam ex Oriente jam Meridiem facere & jam Occidentem, Saba certè Arabiæ felicis Metropolis Judææ non Orientalis, sed Meridionalis fuit, unde Regina illa ex Saba adventans, Regina Austri dicitur, Matth. 12. Tharsis autem Judææ respectu pertinuit ad Occidentem: Ad hæc certum quidem est, in Persia Magos fuisse, aut Reges, aut Regum electores, aut Regum Commilitones, aut Regum stipatores, aut Regum præceptores & prædagogos: sed nihil certi hinc concludi potest, nam Plinius l. 30. c. 1. & Gellius. l. 14. c. 1. tres potissimum scientias Magiæ assignant, *Theologiam, Astrologiam & Medicinam*, poterant itaque Magi Persici aliquando Reges, aliquando Medici, aliquando Astrologi, & aliquando Sacerdotes esse, Apulejus certè l. 1. Apol. tradit Persarum SACERDOTES dictos fuisse Magos: Sic Xenophon l. 4. pædiæ Cyro Magos tribuit, ceu SACERDOTES & divinorum interpretes, libro etiam 7. de Cyro narrat. quod, captâ Babylone, illis sacrificarit Diis, quibus Magi jussissent, Sacerdotes itaq; potius quam Reges esse nostri peregrinantes poterant. Pictoribus (3.) & fictoribus Monachis, cur plus crederemus quam Evangelistæ, qui de Magis agit, & non de Regibus? certè pictores pontificii quomodo in delineandis Magis conveniant, postea videbimus. ¶ II. Si Reges non fuerunt Orientalis nostri, quid ergo? Matthæus expressè dicit MAGOS fuisse, & profectò ex patribus multi fuerunt, qui putarunt hos Magos Hariolos, Maleficos, DEO maximè adversarios, Diabolicos & dæmoniis obnoxios fuisse, *Theophyl.* in c. 2. Matth. *Hilarius* l. 4. de Trinitate, *Ambrosi* in Lucam, *Orig.* l. c. contra Celsum, &c. fuit etiam hujus sententia

Non fuerunt
Reges.

Non fuerunt
Diaboli.

tia *Theophrastus Paracelsus*, de quo *Zwinglius* in *Theatr. Tom. I. p. 212.* & *Tom. II. p. 2538.* refert, quod dixerit Magos, Dæmonibus vectoribus, tantum itineris emensos esse, tam brevi temporis spacio, & probare hanc sententiam nonnulli conantur, ex ipso *MAGI* nomine, pro quo *Matthæus* facili-
 mē ponere potuisset vel τῆ σοφῆ vel τῆ φιλοσοφῆ vocem, nisi describere voluisset maleficos, sicut & in Hebræo *Matthæi* Evangelio *Mecafshephim* Præstigiatores notat, & putant hujus sententiæ Patroni, hoc Magorum sive Hariolorum adventu, confirmatam esse Servatoris nostri assertionem, quod videlicet in mundum venerit, non propter justos sed propter peccatores, *Matth. 9. v. 13.* eosque maximos, *1. Tim. I. v. 15.* sed *Ægyptiorum Magi*, licet Incantatores fuerint & malefici, sed ex Oriente advenisse, indeque constat Magos nostros fuisse, *Persas sapientes*, autor operis imperfecti in *Matth. Astrologos*, *Anshelm. Philosophos*, *Beda; Viros syderum inspectionibus assuetos*, *Cyprian.* in serm. de *Magis. Nobilitate generis & opibus insignes*, *Niceph. I. I. c. 13.* *H. E.* consentiunt scriptores prophani, *Cicero* l. de divin. Magos nominat: *peculiare genus sapientissimorum hominum*, *Strabo* l. 15. dicit: *Magos Persicos sectari, honestum quoddam vivendi genus.* *Philostrates* l. I. c. 18. de *Apollonio* suo refert, cum *Magis* in *Babylone* ipsum contulisse, & visos sibi *Sapientes*. *Idem* l. I. c. 1. ait: cum *Magis* conversatos: *Empedoclem*, *Pythagoram*, *Democritum* & *Platonem*, qui multa *Magorum dicta* suis interposuerit sermonibus; hinc ipse etiam *Plato* in *Alcibiade* *Magos* nominat: *Divini & humani juris interpretes, universæ Philosophiæ Professores*, narrat etiam, in eodem *Dialogo*, regis *Persici* filio, quatuor additos esse *Magistros*, quorum primus *Sapientissimus*, qui *Magiam* tradiderit: *Secundus Iustissimus*, qui ad pietatis cultum assuefecerit: *Tertius Temperantissimus*, qui voluptatum moderationem inculcarit: *Quartus Fortissimus*, qui ad magnitudinē animi traduxerit. Ex hac narratione officium *Magorum* facile liquet, ut & diligentissima *Persarum filiorum* educatio, *Da miß es weise Herren gegeben haben!* *Viros itaque hic generosos & eruditos* describi dubium quidem non est, sed addendum tamen, unde vox *Magi* suam habeat Originem? Nonnulli putant *Hebræum* esse *Magorum* nomen, ab *הגה* *Hagah*, inquirere, scrutari, meditari, addita *heamanti-*
 ca *Mem*, hinc *Megusche*, quo nomine *Magos Syrus* appellat, quasi dicas: *Meditantes*: Sed videtur huic sententiæ reclamare *Matthæus*, qui in *He-*

Præceptores juniorum Regum Persia.

Magi unde dicitur.

bræo fuo Evangelio non eft ufus voce *Maghim* vel *Maghuim*, fed pro Magis Mecafcephim ponit, quod certè non feciffet, fi Magorum nomen Hebræum efferet. Quidam Epifcopus Parifienfis *Guilielmus*, cujus Johan. Picus Mirandula, in Oratione pro Magia naturali mentionem facit, Magorum nomen habuit pro voce latina, Magos Diabolicos dictos putavit quafi MALOS, fapientes vero Magos quafi MAGNOS efferet vocatos à magnitudine fcientiæ, ut Lyra addit: fed quis non videt lapfum, cum vox Magi nec Hebræa, nec Græca, nec Latina fit, imò nec Chaldaica, nec Ægyptiaca, fed Perfica, *fapientem* fignificans. Utenim Regum nomina unicuique genti fuerunt peculiaria, & nominarunt fuos Reges, *Ægypti* Pharaones, *Perfa* Artaxerxes, *Romani* Cæfares, *Indi* Præftan (hodie corrupto vocabulo Presbyter Iohan.) &c. Sic & viri fapientes in omnibus populis peculiaria fuà habuerant nomina & dixerunt doctos fuos, Chaldæi & Perfa Magos: Græci *Sophos* & *Philofophos*: Indi *Brachmanes* five *Gymnofophiftas*: Ægypti & Judæi *Prophetas*: Latini *Aruftices*, *Mathematicos*, *Planetarios*, *Aftrologos*: Galli *Druidas* & *Bardos*: Siculi *Galeotas*: Germani *Pfaffen* à Papa, &c. facile autem concefserim Magorum nomen aliis etiam innotuiffe, ficque inde ortam & *Magiftri* & *Magiftratu* vocem, id quod quidam afferunt, verè enim omnes Magiftros & Doctores fe amiffiffe Perfa putabant, quando Magos amiferunt, hinc Herodotus in Thalia narrat, per feptem confederatos Perfarum Principes Magos quidem oppreffos efferet, fed propterea Perfas lugubre quotannis celebraffe feftum, quod *μαγοφορίαν* (magorum cædem) nominarint. ¶ III. Magos fuiffe hodiernos Peregrinantes vidimus, videamus ergo, in Pontificiorum cum primis gratiam, quot fuerint? Autor imperfecti operis in Matth. docet fuiffe *duodecim*. Hofpinianus lib. de feft. Christian. p. 28. dicit veteres quofdam numeraffe *quatuordecim*. Ambrofius l. 2. cap. 2. in Lucam plures fuiffe innuit, & quod obferves, ipfa *Gloffa Ordinaria*, dicit, ex trina Magorum oblatione non fequi, tres tantum fuiffe. Pontificii tamen, ut bellam de tribus fujs Regibus fabellam tueantur, tres fuiffe dicunt, ob has rationes Salmeronis, 1. quia, dicunt, in Pfal. 72. ter appellantur Reges, 2. quia hîc numerus mysterio Trinitatis aptus, 3. quia triplex munus oblatum, 4. quia idem docent picturæ, 5. quia tria illorum corpora Colonia Agrippinæ magna cum veneratione afferuantur. Rationes certè ridiculæ, nam (1.) in Pfalmo 72. ter fit mentio Iuftitiæ, bis Solis & Lunæ, ſexies pauperis, ergone fe-

An fuerint tres.

quetur justitiam esse triplicem? duos esse soles & duas lunas? Sex genera esse pauperum? Tres (2.) in divinitate personas esse novimus, sed quomodo inde quis colliget tres etiam fuisse Magos, tres Reges? Ex trino munere (3.) nihil sequi ipsa glossa ordin. fatetur, & res plana est ex historia Abigaelis, obtulit illa Davidi 200. panes, 2. vini utres, 5. arietes, 5. polentæ fata, 100. uvæ passæ ligaturas, & 200. caricarū massas, 1. Sam. 25. v. 18. quis a. indè certò colliget, tot personas, nec plures, nec pauciores in ejus fuisse comitatu? pictoribus (4.) & Fictoribus iterum non credimus, quia dissentiunt, ut jam sequetur. Historia (5.) de tribus trium regum corporibus, utinam tam certa esset, ut nota est. Narrant Pontificii Magorum corpora olim è Perfide vel Arabia Felice, studio S. Helenæ, allata Constantinopolim: inde verò traducta esse Mediolanum, ab Eustorgio Mediolanensium Episcopo: Tandem autem capto Mediolano, ab Imp. Friderico I. translata esset 3. Regum corpora Coloniam Agrippinam, A. C. 1164. sub Archiepiscopo Reinoldo. Sed certa fides certi alicujus auctoris hîc deest, ipse Baronius circa Annum C. 1164. hujus rei nullam facit mentionem, & ipsi Mediolanenses hodieq; negant se corpora trium regū amisisse unquam, quia hunc honorem Coloniensibus invident. ¶ IV. Nomina trium Regū facile ornitti poterant, nisi Pontificiorum & zelus & idololatria aliud suaderet, Stapletonus enim in Promptuar. Catholico, magnâ clamitat vehementia, Centuriatores nostros Magdeburgenses *arroganter, ineptè & contumeliosè* dixisse (cent. 1. l. 1. col. 287.) trium Regum nomina, numerum, & c. ineptias esse fabulosas & stolidas, imò *convitium propriè hæreticum* esse, talia regni Antichristi tenebras nuncupare: ex altera parte nomina trium Regum omnibus suis januis adscribunt Papicolæ, fingunt, malos per ea spiritus pelli, imò medicam eis virtutem adversus morbos attribuunt, si quidem 3. Regum nomina, cum crucis signo ter repetito, puræ chartæ vel pergamenæ inscribantur, *Beza in Annotat.* Ita autem nominat tres Reges *Zacharias Chrysoopolitanus* in Harm. Evang. Hebraicè, inquit, vocantur, Appellius, Amerius, Damafius: Græcè vero, Magalath, Pangagath, Serakin, Ubi Salmeron Jesuita addit: *Profectò nomina hæc conficta sunt ab aliquo Nebulone, & mera nuga, quibus impositum bono patri, cum propria sint & recepta vocabula: Baltasar, Caspar, Melchior, &c.* sed si Chrysopolitano nebulo quidam imposuit, idem certè Nebulo imposuit Petro Commestori, imposuit Iacobo de Voragine in Legenda 14. im-

Nomina Magorum.

imposuit Petro de Natalib. l. 2. c. 48. in Catal. Sanctorum: imposuit Hugoni de S. Charo: imposuit Antonio de Gislandis, & aliis, qui eadem trium Regum nomina Hebraicè & Græcè recitant. Addunt porro Papistæ CASPARUM regem fuisse Persiæ: Melchiorum regem Nubiæ: Balthasarem regem Saba, Beda in Collectaneis, Tom. 3. p. 64. addit: Melchiorum fuisse senem, canum & prolixâ barbâ & capillis, tunica hyacinthina, &c. qui obtulerit Aurum: Casparum juvenem imberbem, rubicundû, melenicâ tunicâ, sago rubeo, &c. qui obtulerit Thus: Balthasarem fuisse fuscum integrè barbatum, tunicâ rubea, albo vario, &c. qui obtulerit Myrram. Sed Lindanus refert contrarium, Casparum scilicet sexagenarium fuisse, sicque jam senex erit, qui antea erat juvenis, idem Melchiori 20. & Balthasaro 40. annos tribuit. Molanus Pontificius autor c. 57. de picturis affirmat, omnes tres pingi candidos, si autem omnes candidi, quis Æthiops ille fuscus? quis rufus ille & rubicundus? videmus hic quid tribuendum pictoribus pontificiis, imò vero verius dixisse videmus nostros Centuriatores, has res stolidas esse & fabulosas ineptias, vel si hoc nimium, meras saltem, nugas, ut Salmeron superius ipsè nominavit. Addamus iudicium Dn. Phil. Melanth. qui in postill. p. 428. part. 1. ita discurret: *Nostri homines ex Magis fecerunt Reges, fortassis Iudæus aliquis, ut vexaret nostros homines, nomina eis confinxit: Et si fieri potest ut nomina ista sint desumpta ex aliquo pœmate, cujus pœmatis autor forte dedit eis hæc nomina, ut significaret, quod imperia debeant esse conjuncta cum Ecclesia, & quod regna bene constituta debeant esse talia, ut sint in illis persona idonea ad gubernationem: Sunt autem nomina hæc: Melchior, Caspar, Balthasar. Melchior est à Melech & Or, h. e. rex Lucis seu rex illustris. Caspar aliqui deducunt à Gaza, ut sit Thesaurarius, credo potius significare Scribam. Balthasar est à Baal Dominus & Sar, militia vel exercitus, quasi dicas Dominus militia, unde nomen Bellisarii: tria enim sunt quæ regimina bene constituta faciunt: Melchior, h. e. Rex Sapientia & virtute illustris. Caspar, h. e. Sapiens Cancellarius, fidelis legum custos, Et Balthasar, fortis Marschallus, Magister equitum, & Capitaneus, quia, ut rectè in Proemio Institutionum dicitur: Imperatoriam majestatem non solum legibus armatam, sed & armis decoratam esse oportet. Hæc sunt puerilia, & tamen digna consideratione, possunt enim accommodari, ad materias graves & maxime necessarias. Hæc tenus Philippus. ¶ Discamus hic, quid deceat philosophos & alios sapientiâ mundanâ imbutos, ut nimirum se humilient coram Christo & Christi verbo.*

Habe-

Habemus sanè in nostro textu *Philosophos doctissimos, divini & humani juris* *Philosophorum*
interpretes universaq; Philosophia Professores, juxta Platonem, sed quærunt *officiam.*
 illi Christum & coram illo usque aded humiliantur, ut in terram pro-
 cumbant & puerulum non nisi in summa paupertate conspicuum, ad-
 rent. Theologis enim ut pie philosophandum est, sic etiam *veris Philo-*
sophis opera Theologia danda est, Scheck. l. 1. de demonstr. ut ostium cœli
 angustum est, Matth. 7. v. 14. sic Reges coronas & sceptrâ, sic philosophi
 omnem mundanam sapientiam suam ad CHRISTI pedes deponant,
 Lyser. Harm. c. 114. p. 492. imò ut Philosophia Theologiæ famula sal-
 tem & ancilla est, ita Dominae pedessequa hæc non præferatur, Ministri
 Ecclesiæ, simpliciores præsertim, ex fastu philosophico, non contem-
 nantur, & pertinet huc jucunda historia, quam in Concilio Niceno ge-
 stam legimus Tom. 1. Concil. p. 235. Colon. ubi quidam philosophus
 valdè nobilis opinatissimus, & in arte Dialectica insignis, Christianis
 insultabat, dicendi arte omnia eludebat, & ubi maxime constrictus pu-
 tabatur, ceu anguis elabebatur lubricus, sed ut Deus ostenderet, non in
 sermone sed in virtute regnū DEI consistere, quidam ex confessoribus
 Christianis, vit. simplicissimæ naturæ, & nil aliud sciens, præter Christum
 eumq; crucifixum, aggrediebatur philosophum tali Exordio: *In nomine*
Iesu Christi, philosophe, audi qua vera sunt &c. conclusit etiam: *Credis hæc ita*
esse philosophe? & si credisti, surge & sequere me, &c. Ad quæ Dialecticus
 ille obmutuit, nullam contradicendi vim invenit amplius, sed obstupe-
 factus manus dedit victas, secutus est ut ovis Christianum doctorem,
 & ad discipulos suos conversus dixit, se quidem hætenus verbis verba
 opposuisse & omnes objectiones, dicendi arte, confregisse, *tandem au-*
tem verba VIRTUTI, & hominem DEO resistere non potuisse, allegat Hafen-
 reff. in L. de scriptura.

Ab Oriente.] Pergamus in jucundæ hujus historiæ cir-
 cumstantiis & quæramus (1.) Quando (2.) Unde Magi advenerint? *Quando vene-*
rim.
 Quoad prius Ammonius Alexandrinus, Lucidus Mathematicus L. 7.
 c. 2. & cum his Baronius, statuunt Magos advenisse die 13. post Nata-
 lem Christi atque sic 6 Januarii; totum autem iter tam paucis ipsos die-
 bus absolvisse, celeritate Dromedariorū, qui ad cursum velociores fue-
 rint equis Nissæis, teste Aristotele l. 9. histor. animal. nec repetemus
 Paracelsi blasphemiam, quæ voluit, Magos malis vectos spiritibus, ut
 superius ex Zwinglio allegatum. Mirifici autem Dromedarii cum Ni-

cephoro, Augustino & aliis non placerent, statuerunt illi stellam bien-
 nio ante natum Christum Magis apparuisse. Eusebius contra in Chro-
 nicis, Epiphani. l. 1. c. 20. & 2. c. 51. Autor operis imperfecti hom. 2. & alii
 voluerunt, anno Nativitatis Dominicæ altero eoque ferè expleto ve-
 nisse Magos Hierosolymam, rationes illorum fuerunt, quod (1.) Mat-
 thæus nec regionem nominet, sed simpliciter dicat, ex Oriente venisse
 Magos, hoc est, juxta Autorem operis imperfecti, ab extremis Orien-
 tis partibus, ubi habitarent ad ipsum Oceanum, adeoque in terra tam
 procul remota, ut ne nomen quidem ejus Judæis fuerit notum. Quod
 (2.) hic expressa mentio fiat Herodis, Herodem autem bimulos inter-
 fecisse, unde biennii iter Magis tribuendum. Quod (3.) Maria in Pu-
 rificatione, non aurum aut aliud divitis munus, sed tantum par turtu-
 rum obtulerit, quia à Magis nondum erat ditata, &c. Sed hæ rationes
 non sufficiunt, 1. quia talis hæc sententia est, quæ primam suam origi-
 nem habet ex Opere illo imperfecto, cujus Autor incertus dicitur, &
 falsò Chrysostronus putatur, fatetur autem hic autor, quisquis etiam sit
 se iter Magorum biennale hausisse, ex *Scripturâ* quadam *incertâ & apo-
 cryphâ*, nec immeritò pro fabella agnoscitur sententia hæc, quia additur
 miraculum, quod scilicet per biennium in *Magorum peris viaticum non defe-
 cerit*. 2. ratio de loci longinquitate nulla est, nam & Abraham scribitur
 vocatus ab Oriente, Esa. 41. v. 2. & Bileam dicit se vocatum ex montibus
 Orientis, Num. 23. v. 7. Jacob etiam dicitur ivisse in terram Orientalem
 h. e. in Mesopotamiam, Genes. 29. v. 1. & tamen nullus horum, nec ab
 extremis Oceani partibus venit, nec biennii iter confecit, sed Laban ex
 Oriente persequens Jacobum 7. dierum spatio venit ad montem Gi-
 lead, Gen. 31. v. 23. & si Esdras ex Babylone Hierosolymam duxit nume-
 rosissimum exercitum (50000. virorum) intra menses quinque 1.
 Esdr. 7. v. 8. cur non nostri Magi citius etiam advenissent, nam intra
 dies 33. ultra ducenda milliaria germanica illos absolvere & sic ante pu-
 rificationis Mariæ sacrificium Hierosolymam venire potuissent Chemni-
 tius sentit. 3. ratio de bimulis non sufficit, potuit enim Herodes imma-
 ne illud consilium suum, in annum unum vel alterum distulisse, vel ob
 incidentes alias causas, vel ex proæresi etiam, ut infanticidium sine tu-
 multu & seditione perpetraretur. 4. Munerum Mariæ alia potuit esse
 ratio, nam licet à Magis munera accepisset, & sic munus divitis (agnum
 anniculum scilicet) offerre faciliè potuisset, ex singulari tamen Spiritus
 S. in-

S. instinctu acquiescere in columbis, nec agnum addere voluit, quia agnus jam cessarat Leviticus, & aderat verus ille agnus Dei peccata mundi tollens, Joh. 1. Ideo quæ licet fictos illos Dromedarios non admittam, licet etiam traditioni de 13. diebus nihil tribuam, imò licet statuere non possim, biennio ante nativitatem Christi stellam apparuisse, cum Magi expressè dicant se in Oriente vidisse stellam regis Iudæorum, non nascendi sed NATI, attamen non longè ante purificationē advenisse Magos probabile est ob rationes has, quia (1.) ponitur hic particula illa attentionis ECCE, q. d. Evangelista, Ecce, qui hæcenus Judæis ignotus fuit vicinis, tam citò innotuit Orientalibus exteris, Ecce ubi vix natus Jesus, veniunt Magi, juxta Chrysofomi mentem, quia (2.) interrogant Magi, non de tali rege, qui aliquot ab hinc annis, sed qui nuper Natus sit, unde Lutherus vertit, *Der Newgeborne König*. Consentit (4.) Græcum *γεννηθέντος, γεννηθείς* autem puerulum recens natum notat, qualis erat Moses occultatus, Hebr. II. v. 23. Si (5.) adventum Magorum præcessisset solennis illa Simeonis & Hannæ in purificatione facta de Christo testificatio, quomodo jam conturbata esset tota Hierosolyma, ut de re nova, quæ antea non innotuisset? Magi (6.) invenerunt puerulum Bethlehemi, at Mariam & Joseph, purificatione absoluta, non Bethlehemum sed Nazaretham adiiisse narrat Evangelista; dicit quidem Nicephorus parentes Christi proprias habuisse ædes utrobique, unde jam in Bethlehem & jam in Nazareth habitarent, addunt alii Mariam & Josephum singulis annis Bethlehemum migrasse, vel census vel religionis gratiâ, sed hæc omnia incerta sunt. ¶ II. Unde autem ve-

Vnde Venerint.

nerunt Magi: Matthæus dicit *ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν* ab Oriente, vel rectius ab Ortibus, nempe solis, & docet Aristot. l. de Mundo solis ortum, triplicem esse, *Æquinoctialem, Brumalem, Australem*, cum itaque nemo sciat, quemnam ex hisce tribus Matthæus intelligat, hinc orta illa patrum dissensio, qui Magos ducunt alii ex *India*: alii ex *Persia*: alii ex *Arabia*: alii ex *Chaldea*: alii ex terra *Evilath*: alii ex parte *Æthiopia* extrema: alii ex regno *Calecutico*: alii ex *Mesopotamia*, &c. Vide Pelarg. in Matth. sed quid opus est tali diligentia? Philippus Melanth. & alii ex nomine Persico colligunt, *Persas* fuisse Magos, qui ex Metropoli Persiæ Susa, ab Hierosolymis versus Orientem sita, advenerint. Fuit enim in *Susa* Academia

Susa descriptio.

liberalibus studiis affluens, cui cum Daniel fuerit præfectus, hinc putat Dn. Philippus hos Magos Scholæ Danielis fuisse reliquias, quæ non

tantum verum Deum noverint, & Meffiam de populo Judaico venturum fcierint, fed habuerint etiam aliquam notitiam, de TEMPORE aduentus Meffiz, cum Daniel conftituiffet 70. hebdomadas annorum, h.e. annos 490. à reductione populi & templi exftructione ad Chrifti paffionem. Sufa, inquit Philippus, habet nomen à *rofa* five à *lilio*, quia ibi fuit magna amœnitas, & cum Reges Perfarum, aulas fuas diverfis anni temporibus, mutarent, initio æftatis, propter amœnitatem, erant in Sufis ad amnem Eulzum celeberrimum, cujus mentionem facit Daniel, hinc ergò non pauciora quam 200. milliaria conficienda Magis fuerunt Hierofolymam ufq;. Inferendam hîc putavi hiftoriam, quam quidem *Cafpar Hedio* recenlet in 4. fui Chronici parte, pag. mihi 704. ubi dicit A. C. 1517. Argentoratum veniffe, circa diem Adolphi, Monachos quinque nigros eosq; Indicos, qui narrarint, fe ante biennium ideò exiffe patriâ, ut initio Romam, dein Coloniam adirent & trium Regum vifitarent corpora, illos enim fuæ Regionis incolas fuiiffe, & præfides, Melchiorem regem fuiiffe Nubiæ, Balthafarem Infulæ Zodaliz, & Sabæ; Cafparum verò Regem Tharfis, & licet fepteni effent egreffi Monachi illi, duos tamen ex ipforum focietate in via mortuos; narrarunt præterea in ipforum regione feptum effe *S. Thomam*, & quidem in Infula quadam *Groffillâ*, quæ itinere 30. dierum diftet ab urbe *Alvois*, ubi Presbyter Johannes fuam habeat aulam Archiepifcopalem, ipforum Monafterium dici *Alleluja*, in urbe *Caffana* exftructum. Papam & Imperatorem his Monachis Indicis fidem dediffe, Regem Ungariæ fingulos & viatico & equo donaffe, Senatam etiam Argentinenfem aliquot eis aureos obtuliffe Hedio refert, qui addit fe poftea Bafilæ ipfos vidiffe in cathedrali templo, ubi Miffam fuam Indicam, ceremoniis ferè infinitis, celebrarint. Hæc quomodo conveniant cum fupradictis, quilibet facile iudicabit. Obfervemus itaque ¶ I. verum effe illud Apoftolicum: *Difcatis fratres fupra id quod fcriptum eft non fapere*, 1. Cor. 4. v. 6. cur enim assignata non funt neque locus à quo, neque tempus itineris noftrorum Magorum? ideo factum ut libenter nesciamus ea, quæ quidem fcriptura nos fcire noluit, *fi enim Spiritus Sanctus quandoque non vetaret quærere, nullus certè quæftionum finis*, Chryfoft. in act. hom. 23. & profectò in iis, quæ ad salutem parum aut nihil habent adjumenti, cur anxie effemus occupati, quid opus eft quærere, Unde & quando advenerint Magi, Spiritus S. revelare noluit, cur noluit? quia nihil in-

Supra fcripturam non fapientiam.

ter est, unde quis aut quo veniat ad Christum tempore, modo veniat, modo cum Magis quærat, agnoscat & adoret recens natum, hoc satis est. ¶ II. Observemus jucundas illas rationes, cur in Oriente nobis Gentibus sese manifestare voluerit recens natus Iesulus? factum hoc (1.) quia in Oriente fuerat hortus Eden, primum peccati & mortis quasi hospitium, Genes. 2. in Oriente primum erat perpetratum homicidium, Genes. 4. In terra Sennaar, versus Ortum, ædificata est illa *Superbia turris* (ita nominat Hieron. Tom. 1. Epist. 7.) Gen. 4. &c. ubi ergo peccatum quasi natum erat, & ubi ira Dei primum cepit exardescere, ibi stella apparuit illum annuncians, qui peccati quasi fontem suâ nativitate obstruxisset & radicibus illud sustulisset: hinc Orientem elegit Dominus nascendo, sed Occidentem moriendo, dorso enim ad ortum verso suspensus est, non enim vult amplius recordari peccati nostri, in illa mundi plaga nati, Esa. 43. v. 25. quantum distat Ortus ab Occidente, tantum fecit à nobis iniquitates nostras, Psal. 107. v. 12. Voluit (2.) Orientali hac manifestatione innuere CHRISTUS, se esse verè Solem justitiæ, Malach. 4. vers. 1. Orientem ex alto, Zachar. 6. vers. 12. Luc. 1. vers. 78. Lucem mundi magnam, quæ omnem illuminet hominem, Johan. 1. v. 9. *Vbi dies nascitur (in Ortu) ibi & Gentilium Fides nata, quia fides Sol est & lumen animarum*, Chrysof. hom. 2. Oper. Imperf. Merito ab Oriente veniunt, qui novum Solis justitiæ ortum nobis annunciant, & letis rumoribus totum mundum illuminant, Bernh. ferm. 3. in Epiphani. Pertinent (3.) huc varii V. T. Typi: Propitiatorium locatum est versus Orientem, Exod. 26. v. 31. Levit. 16. v. 14. stella itaque in ortu hinc indicat, adesse verum Novi Testamenti propitiatorium, Roman. 3. v. 25. Sic de tribu Juda legimus, quod, ceu præstantior cæteris, ad Ortum castra sua metari fit iussa, Num. 2. v. 3. Stella itaque in Ortu hinc indicat, adesse Leonem illum de tribu Juda, Gen. 49. Apoc. 5. sic in celeberrimo illo Salomonis Templo, ad Orientem fuit disposita porta pulcherrima, per quam non populus, sed princeps tantum ingrediebatur sanctuarium, Ezech. 44. v. 3. dicitur alibi porta fundamenti, 2. Paral. 23. v. 5. & putatur fuisse speciosa illa, Aetor. 3. v. 10. Stella itaque in Oriente hinc innuit, adesse salutis nostræ fundamentum, 2. Cor. 5. imò illum:

*Qui via, qui portus vitæ, qui porta salutis,
Factus ad æternum, Scala beatæ, patrem.*

*Oriens plaga
jucunda.*

De Peregrina-
tionibus.

¶ III. Obfervemus jucundam illam doct̄inam de Peregrinationibus : Concedimus fanè, quasdam peregrinationes eſſe neceſſarias, quales ſunt exilia in perfecutionibus, Matth. 10. v. 23. & 23. v. 34. ut & ſucceſſiones ad loca, ubi purum religionis exercitium, qualis etiam noſtro- rum Magorum dici poſſet. Sed quomodo Papiſtæ hoc exemplo ſuas probabunt peregrinationes ? Magi noſtri (1.) ſuam vocationem ha- bent, & jubente quaſi ſtellâ, peregrinantur, Pontificii tale quid non ha- bent. Magi (2.) neceſſariò peregrinantur illo tempore, ubi verus DEUS in Juda tantum notus erat, Pſal. 76. hodie autem ſonus Apoſtolorum in omnem terram exiit, Pſal. 19. Rom. 10. Magi (3.) idè peregrinan- tur, ut Chriſtum videant oculis corporeis, hodiè autem ita Chriſtus non videtur, ſed Verbo & Sacramentis, ut modò veſtitus eſt, ita etiam in eis quærendus eſt. Noſtri peregrinantes (4.) adorant Chriſtum, Pa- piſtæ autem Sanctos ſanctorumque ficta oſſa & reliquias. Hinc ipſe Hieron. Epift. ad Paulinam Tom. I. Epift. 13. multis rationibus Papiſta- rum diſſuadet peregrinationes, quia (1.) DEUS nulli loco vel inclufus vel alligatus, 1. Reg. 8. quia (2.) veri adoratores Deum adorant non in hoc vel illo monte, ſed in ſpiritu & veritate Joh. 4. quia (3.) Chriſtia- nis omnibus totus mundus una domus eſt, cum domini ſit terra & plenitudo ejus, Pſal. 24. quia (4.) cœleſti rore jam rigatur, non tantum vel- lus & tellus Judææ, ſed totus terrarum orbis, Iudic. 6. quia (5.) multi, etiam ſine pedeftri peregrinatione, ab Oriente & Occidente venerunt, jam Abrahamo, Iſaaco & Iacobo in cœlis affidentes, Matth. 8. quia (6.) & de Hieroſolymis & de Britannia æqualiter patet aula cœleſtis, regnum enim Dei intra vos eſt, Luc. 17. quia (7.) multa millia monachorum ex Ægypto, Meſopotamia, Ponto, Cappadocia & Armenia, dicit Hie- ron. ſepulchrum Domini non viſitarunt, & patuit illis tamen, abſque hac urbe, Paradifi janua : addit (8.) non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hie- roſolymis bene vixiſſe laudandum eſt. Addamus nos (9.) quia à Chri- ſto prohibetæ, Math. 24. v. 23. & 26. quia (10.) omnibus ſuis cauſis vi- tioſæ ſunt Papiſtarum peregrinationes, Efficiens eſt ſuperſtitio, forma ἐθελοθρησκείαι Matt. 15. v. 9. Finis Idololatria, &c. Hinc Athanaſius in vita Antonii refert ipſum dicere ſolitum : Nobis nulla proficiſcendi, nulla trans- fretandi fluctus neceſſitas imminet, quia in omni ſede terrarum conſtituta ſunt regna cœlorum. Vide ſimilia multa in jucundiſſima Gregorii Nyſſeni O- ratione de iis, qui adeunt Hieroſolymam, apud noſtros Centuriatores, cent. 4. c. 10. col. 936.

Venerunt Hierosolymam.] Notanda etiam hæc circumstantia est: *Quò tenderint Magi?* Hierosolymam scilicet, cur autem Hierosolymam accedunt, & non recta Bethlehemum? quidam putant hic Orientales Magos secutos esse iudicium rationis, quæ suggererit: si natus Judæorum rex est, utique invenietur ille in rebus splendidis, in loco celebri, in aula regia, in Metropoli Judææ; & verè si ratio humana Christo eligere patriam debuisset, elegisset certè, aut *Hierosolymam* sanctissimam, aut *Romam* celeberrimam, aut *Babylonem* fortissimam, aut *Niniven* amplissimam, aut *Tyrum* opulentissimam, aut *Athenas* doctissimas. Denu die Vernunft siehet doch immerdar nicht auff das was freucht / sondern auff das was fleucht. Sed tamen Magi nostri multis modis excusari possunt. Quia (1.) in toto fermè terrarum orbe, præcipuè in Chaldæa & Persia, propter captivitatem Babylonicam, notum erat Hierosolymam esse civitatem, in quam undiq; conveniatur propter testimonium Domini, Psal. 122. v. 4. petunt itaque & nostri Hierosolymam, spe, se ibi vel inventuros Messiam, vel certiores futuros, ubi inveniendus. Licet (2.) Magi stellam vidissent, opus tamen habebant ulteriori institutione & confirmatione ex Verbo DEI, unde certum Magos non tam adiisse Hierosolymam, quàm eò missos esse, tanquam ad Scholam aliquam Propheticam. Spreverant (3.) cives Hierosolymitani prædicantes & Christum annunciantes Pastores, mittuntur itaque nostri Magi, viri autoritate graves, ut vel illis fidem habeant. Cum (4.) altum Judæi dormiant, socordia utique illorum arguenda, & docendi sunt ac monendi à Gentibus de eo, quod in sinu habent. Scire (5.) tota debebat Ecclesia, Messiam non modò Judæorum sed & gentium esse Salvatorem, errant itaque statim, post Christi nativitatem, in ipsa Metropoli Judææ gentiles, ut sciant Judæi non sibi tantùm Messiam datum. DEUS (6.) neminem rejicit aut damnat, nisi prius probè monitum & instructum, quod itaque Herodes per viros hos sapientissimos monetur, quodque Scribis & Pontificibus scripturæ notitia data est, & nihilominus hi homines obstinatis animis pergunt Christum contemnere, eo redduntur in extremo die inexcusabiles. ¶ Discamus hîc, ad publicum Ministerium ablegari omnes illos, qui quidem Christum regem invenire, rectè adorare & decenter colere volunt. Nostri Magi habent revelationem extraordinariam, stellam, & tamen ablegantur ad verbum in scriptis Prophetis patefactum, ut &

ad pñ-

Cur non Bethlehemum sed Hierosolymam primò Magi adiirint.

Consultant Ministerium qui Christum invenire volunt.

ad publicum Ministerium, quod tunc temporis Hierofolymis erat, inde difcere Magi debent, quis fit Meffias, ubi inveniendus, quomodo colendus & adorandus. Sic Paulus cœleftem audit vocem, & tamen ablegatur ad Ministerium Anania, Act. 9. v. 6. fic Cornelius cœlicam habet vifionem, & tamen ad Petri remittitur ministerium, Actor. 10. v. 5. Evahant itaque Enthufiaftæ, Schw enckfeldiftæ & alii fanatici fpiritus fua fomnia, fuos raptus, fuasque revelationes quamdiu quidem velint, nos fcimus cum Magis nos remiffos ad Ministerium Verbi, ad Legem & testimonium, Efa. 8. ad Mofen & Prophetas, Luc. 16. ad Christum per Verbum loquentem, Matth. 3. unde & Augustinus & Lutherus in c. 37. Gen. DEUM rogarunt ut fecum nonageret per fomnia, angelicas apparitiones & alias extraordinarias revelationes, cum Verbum ipsis fufficiat, ut in præcedenti Domin. diximus.

Ubi eft Rex Judæorum.] Magi noftri, ut viri doctiffimi, præter nativam fuam linguam, norant & Chaldaicam ac Hebræam, quærun itaque vel ipfi, vel per Interpretem, ubi fit natus Judæorum Rex, & profectò omnia ipforum verba jucunda funt. Non enim (1.) demum quærun an à Judæis expectetur Meffias? nec rogant, fit ne jam natus vel non, fed nativatem, quam Judæi adhuc ignorabant, noftri Magi extra controverfiam ponunt, faltem de loco quærentes, ubi ipfum convenire, videre, falutare, & muneribus ornare queant. *Quam certa fides & nihil penitus hafitans! non quærun utrum natus eſt, fed fiducialiter loquuntur & interrogant fine dubitatione, ubi fit qui natus eſt,* Bernh. ferm. 3. in Epiphā. Addunt (2.) quorum rex fit? *Judæorum, cur non gentiliſium, cum ſcirent Magi ad ſectiam hunc pertinere regem? Magorum hæc confefſio Judæorum eſt condemnatio, illi uni Prophetæ (Bileamo) crediderunt, hi tot Prophetis credere noluerunt, illi confitentur alienum, hi non agnoſcunt Proprium,* Chryfoſt. hom. 42. in Epiphā. qui addit non tam Magos interrogare, quam Judæis inſultare & quaſi dicere: *Cur Rex Judæorum jacet in præſepio, & non decumbit in templo? cur non fulget in purpura, ſed ſqualet in pannis? cur latet in ſpecu, & manifeſtatus in ſanctuario non habetur? receperunt jumenta in præſepio, quem in domum recipere vos ſpreviſtis?* Monent (3.) Magi, qualis fit rex, nempe ò ille, non gentilibus ſed Judæis toties promiſſus, & cum triplices ſint reges, electi ſive Poſtulati, ut Saul & David: vel Dati, creati & ab aliis præpoſiti, ut Herodes, hic agitur de rege Iudæo Iudæis Nato, id quod Herodem non parum offendit, cum

Magi

Magi tantum non proclamant publicè, regnum Iudææ neque ad Herodem neque ad Romanos pertinere, sed ad eum, cui ex natalium jure debeatur. ¶ Observemus hîc (1.) Bernhardum de Christo Servatore rectè dixisse: *Hæc sit mea primæ cura, ut te quæram mente purâ, non est labor, nec gravabor.* Regina Austri cum Hierosolymam appulisset, quæsit: *Vbi Salomon? ubi ejus aula? quæ ejus sapientia?* 1. Reg. 10. sed nostri Magi, neque de Herode, neque de Herodis aula, vel aliis solliciti, solum Iudæorum Regem Christum inquirunt. Nos idem faciamus, quæramus non aliud tanquam illum, non aliud præter illum, non aliud post illum, non aliud cum illo, non aliud pro illo, nec ab illo ad aliud convertamur, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perseveranter, Bernh. serm. 2. ad fratres col. 397. sub Papatu peregrinantium quæstiones varix sunt: *Vbi Roma? ubi Papa? ubi indulgentiarum arca? ubi Lovetana Maria? ubi trium Regum sepultura? ubi Compustellanus Iacobus in Hispania? ubi hujus vel illius sancti reliquiar?* Nostrorum etiam hominum quæstiones varix sunt, *Bibulus quærit: ubi cibus? ubi potus? Venerus quærit: ubi Lais? ubi Thais? Avarus quærit: ubi aurum? ubi argentum? Superbus quærit: ubi speculum? ubi sericum & holosericum? &c.* nos quæramus: *Vbi Iesus Iudæorum rex? veni ad templum, ut audiam illum: Veni ad Confessionis locum, ut pro remissione peccatorum Orem illum: veni ad preces publicas, ut invocem illum: detuli hunc infantem ad Baptisimum, ut in ejus Brachia deponam illum: accessi synaxim, ut sub pana ejus corpore & sub vino ejus sanguine fruar salubriter: in omnibus controverfiis, ubi Iesus? mihi antiquitas Iesus est, quem audire nolle exitium est, Ignat. pertinent huc dicta, Esa. 55. v. 6. Psal. 69. v. 33. Deut. 4. v. 29. Prov. 8. v. 17. quæ omninò confule, & videbis de CHRISTO quærere quæstionem longè optimam ¶ Observa (2.) quis sit verus Messias? ille scilicet, qui Judæis promissus, datus & natus est, ex Judæis enim salus, Johan. 4. v. 22. ex Judæorum patribus secundum carnem venit Christus, Rom. 9. v. 5. qui ergò verum quærere & invenire vult Messiam, illum ille quærat, qui olim Judæis promissus est, quique in Judæa natus est, hinc à Magis nominatur non Rex gentium, sed Rex Judæorum, quia *Oleaster ad olivam & non oliva ad Oleastrum venit*, Chrysologus serm. 31. p. 625. Die Heydenschafft muß das Judenthumb vmb Christum fragen / unde etiam D. Augustinus super Psal. 30. noluit, ut Judæi malè tractarentur à Christianis, cum sint nostri *Scriniarii & librarii*, qui hodie non ad suam, sed gentium salutem & agnitionem, testimonia divina portant.*

In Iudæorum libris querendus Christus.

Vidimus Stellam ejus.] *Quid mirum, si cœlorum Dominum cœleste signum prosequitur? si creator jacet in terris, cur ei non luceret stella in cœlis? mirabatur terra, quod videret novam stellam in cœlo: sed plus mirabatur cœlum, quod novum Solem videbat in terris, Max. Taur. hom. 3. in Epiph. & profectò pulcherrimam hanc fuisse stellam faciliè liquet, nominat illam Damascenus l. 3. Orthodox. fid. c. 1. stellam plurimum relucentem: Nicephorus l. 1. c. 13. nominat: illustriorem ceteris pulchrioremq; sideribus: Leo Magnus serm. 1. de natal. nominat.: Solis radios præcipuo fulgore superantem Chrysofomus hom. 6. in Matth. dicit: stella hujus lucem omnino inestimabilem fuisse & videntibus eam, peregrinam. Prudent. stella, quæ solis rosam vincit decore ac lumine. Pelusiotal. 1. epist. 378. vocat hanc stellam: Evangelistam divini partus, monstrantem dominiferum & venerandum præsepe. Augustinus vocant hanc stellam: Magnificam cœli linguam, quæ DEI gloriam narravit & inusitatum virginis partum inusitato proclamavit fulgore, serm. 31. de Temp. p. 625. T. 10. Fulsit super omnes quæ ante ipsam erant, & lux ejus inenarrabilis erat, stuporem incutiens omnibus aspicientibus, Ignat. epist. l. 11. ad Ephesios. Stella hæc monstratrix fuit viæ ad veram stellam annuntians non morbos aut mortem sed adventum memorabilis DEI, Galatin. l. 4. de arcan. Cathol. verit. c. 10. & c. Quæritur itaque qualis hæc stella? I. Priscillianista, & cum his Alberrus M. in speculo, Petrus de Aliaco. l. de concordia Astrolog. cum Theolog. c. 2. ut & Cardanus volunt fuisse naturalem stellam & quidem Planetam illum, sub quo Christus natus: Sed res ipsa loquitur, hanc stellam, neq; ex errantibus neq; ex inerrantibus in principio creatis ullam fuisse, stellarum fixarum numerum ut Deus ipse computavit, & omnibus eis nomina vocavit, Psal. 147. v. 4. ut Ptolomæus numeravit, 1022. & Cabala in Drafeh in Esa. 49. 29000. Myriadas, ita certè ex tanta multitudine ne una quidem defuit unquam, Esa. 40. v. 26. stella autem hæc nec antea apparuit, nec postea visa est. Planetæ etiam, quorum numerum quidam colligunt ex Esa. 30. v. 26. sunt luminaria perpetua, absolventes suum cursum, Saturnus intra annos 30. Jupiter 12. Mars 2. Sol, Venus & Mercurius anno uno, Luna septimanis 4. id quod de hæc stella dici nequit. Differt itaq; à naturalibus ob rationes ex Chrysof. hom. 6. in Matth. & Damascen. l. 2. Orthodox. fid. c. 7. ita contractas: Ratione (1.) Creationis, reliquæ enim stellæ sex primis mundi diebus conditæ sunt, hæc ipsa nativitatis Christi nocte facta. Ratione (2.) Materia, quam reliquæ stellæ habent cœlestem, hæc verò acream.*

Stella magis apparens pulcherrima fuit.

Non fuit Planetæ.

Quomodo differat ab aliis Stellaris.

aëream. Ratione (3.) *Motus*, quem illæ stellæ circularem servant, hæc verò rectum tenuit. Ratione (4.) *Situs*, cum reliquæ in cœlo fulgeant, hæc in aere luxit & supra domum. Ratione (5.) *Fulgoris*, cum illæ noctu fulgeant, hæc etiam interdiu. Ratione (6.) *Durationis*, illæ perpetuæ sunt, hæc temporaria fuit. Ratione (7.) *Magnitudinis*, illæ terram lunamq; superant, hæc minor erat, major tamen videbatur, quia terræ propinqua cernebatur. Hinc Augustinus l. 2. contra Faust. Manich. c. 5. *Non ideo Christus natus est, quia illa stella extitit, sed ideo nova illa exorta, quia Christus natus est, unde si dici oportebat, non stellam Christo, sed Christum stellæ, factum fuisse diceremus, Ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam.* Idem ferm. 34. de tempore: *Non stella CHRISTVM fecit mirabiliter vivere, sed ipsam fecit Christus mirabiliter apparere, non stella Christi mirabilia decrevit, sed ipsam Christus inter sua mirabilia demonstravit. Apparuit stella non volens sed iussa: non cœli nutu, sed divinitatis impulsu: non lege siderum, sed novitate signorum: non cœli climato, sed nascentis virtute: non ab arte, sed à DEO: non Astrologi scientiâ, sed conditoris præscientiâ: non Arithmetica ratione, sed divina sanctione: procuratione supernâ, non curiositate Chaldaâ, &c.* Chrysol. ferm. 156. hinc stella Ejus est, & non ille stellæ est, stella ad puerum, & non puer ad stellam cucurrit, non stella fatum pueri, sed puer stellæ fuit fatum. Ardens. II. Origenes l. 1. contra Celsum fol. 12. putavit hanc stellam fuisse *Cometam*, & videtur consentire Dn. Osiander in Bibl. Maj. dicens: *Neque dubium est fuisse peculiarem stellam, vel potius cometam, qualis antea nunquam visus fuerat.* Plinius de Cometis l. 2. c. 25. *fit & candidus Cometes, argenteo crine, ita resurgens, ut vix contueri liceat, speciemq; humanâ Dei effigiem in se ostendens, tali stellâ vel admirando Cometâ excitati Magi Hierosolymam profecti sunt.* Sed Cometæ etiam de die non videntur, sequuntur quoq; illud sydus, à quo maximè excitati & accensi, tandem ad septentrionem plerumq; vergentes: hæc autem motu non circulari sed recto, à Septentrione in Meridiem mota est, & aspectu interrupto, jam videri potuit & jam non. Equidem paulò ante Nativitatē Christi, cum Imp. Augustus spectaculis Veneris Genitricis interfuit, visus est Cometes, cujus omen Sacerdotes Ethnici exposuerunt, de salute & pace, per Augustum hominibus acquisitâ, unde Plinius refert, peculiarem huic Cometæ Romæ erectam columnam esse, cum hac inscriptione: *Salus hominum, pax orbis terrarum.* Nihil etiam novi est, quod magnorum virorum ortus & occasus, quandoq; prodigiis in cœlo denunciantur, sicut in nativitatē *Alexandri Magni, Ma-*

An Cometa.

Non fuit Spiritus S.

Num Angelus.

hometis, & Electoris Saxon. Friderici, ut & in electione Mirridatis Regis in Ponto, novæ viſæ ſunt ſtellæ, ſed hæc omnia huc non quadrant. III. Autor libri de mirabil. ſcript. qui falſò Auguſtinus putatur, l. 3. c. 4. ut & Remigius dixerunt, hanc ſtellam fuiſſe Spiritum S. qui etiam Apoſtoliſ in Pentecoſte, ſub igneis apparuerit linguis. IV. Chryſoſtomus & Theophylaetus, pariſque modo Euthymius, dixerunt: hoc Φαινόμενον ſtellæ non naturam, ſed figuram duntaxat habuiſſe, cum illi adfuerit Angelus ſive divina quædam potentia (Θείαν δύνανταιν καὶ ἀγγελικὴν λήκην εἰς τύπον αἰθέρος ἐμφαινομένην) quæ ſententia licet aliquibus non arrideat, cum angeli non tacere, ſed loqui ſoleant, aſſeclas tamen habet ſummæ autoritatis, videlicet Dn. Philippum Mel. in Poſt. part. 1. p. 433. Dn. Chemnitium l. 1. Harm. c. 10. p. 211. D. Simonē Pauli in Poſtil. ut & Centuriatores noſtros, Cent. 1. l. 1. c. 10. col. 289. V. Quid ergo dicemus? tutiſſimum fortè fuerit literæ inhærere, & cum Evangeliſta expreſſè dicat, aliquoties Magos, non angelum ſed ſtellam vidiffe, cur non diceremus de ſtella hic agi, ſed de ſtella planè nova, ſingulari, admiranda, præternaturali, adeoquæ planè inſolita; non puto hanc ſententiam in aliquem fidei impingere articulum. Licet enim Dn. Simon Pauli objiciat, DEUM ſeptimo die ab omnibus operibus ſuis quieviſſe, indequæ novas ipſum ſtellas non creare, aliquoties tamen obſervatum eſt, novas productas eſſe ſtellas, ſicut Hipparchus, ante natum Chriſtum Annis 130. novam ſtellam aliamquæ ſuo ævo genitam deprehendit. Nicephorus etiam A. C. 393. circa Zodiaci circulum, ſtellam ait fuiſſe inſolitam, & illa ſtella quæ Anno 1572. inuſitata magnitudinis ſplendidiffimique luminis, in aſtro Caſſiopææ apparuit, nova plane ſtella fuit, de judicio peritiſſimorum Mathematicorum. Sic etiam ſtellam dixere novam, quæ viſa Anno 1604. in Novembri & Decembri, inſoliti ſplendoris, ad pedes Ophiuchi. Cur ergò non crederemus, hîc novam & ſtupendam exortam eſſe ſtellam, ubi omnia nova & ſtupenda, Angelus loquitur, Sacerdos obmutefcit, Sterilis concipit: virgo parit, inſans exultat in utero, mundi ſalv. decantatur ab angelorum choro, exultant paſtores, lætantur gentiles, NOVVM ſtella ſignum offenditur, per quod natus Iudæorum Rex agnoſcitur, ille ſcilicet qui & ſtella Jacob (Num. 24. v. 17.) nominatur & ſeiſum nominat radicem Jeſſe, & ſtellam ſplendidam matutinam, Apocal. 22. v. 16. Non ex illis erat hæc ſtella, quæ ab initio creaturæ itinerum ſuorum ordinem ſui creatoris lege cuſtodiant, ſed novo virginis partu, novum ſidus apparuit, Auguſt.

gust. tom. 6. l. 1. cont. Faust. Manich. cap. 5. *Novam stellam provocavit natus, qui antiquum Solem obscuravit occisus*, Idem de Tempore ferm. 31. pag. 625. ¶ Observemus hic I. Summam Dei clementiam & bonitatem, qui verè, cum Apostolo, *omnia sit omnibus, ut ex omnibus lucraret aliquos*, 1. Cor. 9. v. 22. *Pastoribus* quid notius erat, quàm stabulum & præsepe, eò ergò ablegantur: nostri *Magi* viri erant doctissimi, syderum inspectionibus assueti, eò ergò remittuntur, apparet ipsis nova stella: *Scribis, Phariseis & Sacerdotibus*, scriptura erat commendata, illis itaque Micheas proponitur inspiciendus: *Muliercula Samaritanâ* circa fontem in hauriendis aquis erat occupata, ibi ergò Christus cum illa agit de aqua vitæ, Johan. 4. *Piscatoribus* Apostolis proponitur simile de Piscatura, Matth. 4. Luc. 5. poterat sanè DEUS cum Magis etiam agere per Angelum, sicut cum pastoribus egerat, sed libenter hominum ingeniis se accommodat, quia vult omnes salvari & ad veritatis agnitionem pervenire, 1. Tim. 2. & monemur, ut nos etiam, in lucrandis hominibus, earum rerum habeamus rationem, quæ familiares illis sunt, quos quidem lucratos cupimus, ut ita per has, tanquam notiores ad ignotiora, eos subducamus, hoc enim est Didacticum esse, 1. Tim. 3. & omnia, cum prudenti Oeconomo, justo tempore proponere, Luc. 12. v. 42. ¶ Observemus II. Quid sentiendum de *Genethliacorum auguriis & prognosticis*, quæ quandam *Astromantiam* constituunt, omnia celestibus adscribunt influentiis, & exemplo nostrorum Magorum se defendere conantur? Scimus sydera divinitus condita, in signa, tempora, dies & annos, Gen. 1. v. 14. Scimus omnem astrorum in inferiora non posse negari influentiam, Luc. 12. v. 54. Scimus etiam nec observationes syderum licitas improbandas, nec Matheseos & Astrologiæ studium simpliciter rejiciendum: nec immeritò Dn. Philipp. Melanth. nostrorum temporum ignaviam vel ignorantiam his accusat: *Non cogitate, tantam inscitiam olim fuisse, ut hoc tempore. Quotus quisque nunc est, qui sciat quæ stella sit nova aut non nova, & quomodo una stella ab alia distinguenda, &c.* Postil. part. 1. p. 433. Sed & hoc novimus, licet astra inclinent, non tamen necessitant: *astra regunt homines, sed regit astra DEVS*, observentur ergo astra, sed DEO sua relinquatur libertas & omnipotentia, Magnes ferrum quidem attrahit, sed allio illinitus omnem vim amittit, sic licet astra quandam in inferiora vim habeant, ea tamen piis precibus averti & planè tolli potest, qua quidem similitudine *Ptolomæus* ipse usus est.

Deus ad hominum captum se accommodat.

Auguria Genethliacorum.

Qui autem aſtris neceſſitatem quandam ſtoicam adſcribunt, illi Damaſceno, l. 2. de Orthod. fid. c. 7. ad hæc respondeant argumenta: Quod (1.) eſt liberum nōn eſt coactum, at actiones noſtræ liberæ ſunt, cum Deus *αὐτεξουσίᾳ* liberæ poteſtatis nos conſiderit in corporalibus, ergo. Ubi (2.) nulla virtus, ibi nulla laus, ubi nullum vitium, ibi nulla reprehensio vel pœna, atqui in iis, quæ ex neceſſitate quadam & coactione ſiderum fiunt, nulla nec virtus nec laus eſt, Ergo. Injuſtus (3.) eſt ille, qui quosdam bonis cumulat & quosdam calamitatibus ſubjicit, ſed ex ſententia Genethliacorum facit hoc Deus & quidem fatali aſtrorum neceſſitate, Ergo. Si (4.) aſtrorum imperio omnia ſunt neceſſario ſubjecta, quid opus eſt gubernatione & providentia divinâ? illa utique tollitur. Si (5.) fiunt omnia neceſſario, inutilis utique eſt omnis ratiocinatio, deliberatio, proſopitum, At poſterius falſum, Ergo & prius. Diſta contra Aſtromantiam legantur, Deut. 4. v. 19. Lev. 19. v. 31. Jer. 10. v. 2. Eſa. 44. v. 25. 47. v. 13. Eccleſiaſt. c. 8. v. 7. adde teſtimonia patrum, qui hanc artem nominant: *indoctam doctrinam & ſtultitiam ſacrilegam*, Aug. ſerm. 34. de Temp. p. 631. t. 10. Lactant. l. 2. c. 17. nominat: *Dæmoniorum inventum: Caſſiodorus in Pſal. 70. artem ſtolidam, nugatoriam, ſacrilegam, hominibus peſtiferam, & Dæmonum ſocietate ortam*: Tertul. cenſet, *ne loquendum quidem de Aſtrogis*: Auguſt. quæſt. 115. in V. & N. Teſt. Nihil, ait, tam contra Chriſtianos, quàm ſi arti *Mathæſeos* (Aſtromantiæ) adhibeant curam, hac enim inimica dignoſcitur legi Dei. Epiphani. l. de menſuris & ponder. ſcribit doctiſſimum illum Aquilam, primum ſacrarum literarum interpretem, non alia de cauſa à patribus ab Eccleſia pulſum, niſi ob eam, *quod geniturarum inſpectionibus & Nativitatum divinationibus vacaret*. Auguſtinus in Eccleſiam Mathematicum non recepit, *niſi publicâ & ſolemni pœnitentiâ premiſſâ*, ut liquet ex enarrat. Pl. 12. Et profecto nihil juvat Genethlicos noſtrorum Magorum exemplum, primi ſtellarum interpretes natum Chriſtum annuſciaverunt, primi muneraverunt, & hoc nomine Chriſtum, opinor, ſibi obligaverunt, quid tum? ideo & nunc Mathematicis illorum patrociniabitur religio? *De Chriſto ſcilicet eſt Mathæſis hodie quæ ſtellam Chriſti, non Saturni, Martiſ & cujuſque ex eodem ordine mortuorum obſervat & prædicat*, Tertull. l. de idololat. c. 9. p. 152.

*An de cultu
tantum politico
hic agatur.*

Venimus adorare eum.] Calvinus & Aretius putant hęc de politica tantum veneratione agi. Ut enim apud nos, in honoris ſignum, aut caput nudatur aut genu ſectitur: apud Gallos & Italos in uſu habent

habentur amplexus & osculum : Ita apud Persas moris fuisse, prostrato corpore, aliquem salutare, & torquet huc Aretius verbum *προσκυβειν*, cum Xenophon l. 8. de Persis Cyrum salutantibus dicat: *ιδὸντες δὲ πάντες προσκύνεσθαι*. Hæc itaque Calvinus mens est, Magos doctrinam de Messia hæcenus planè ignorasse, noluisse Christo exhibere cultū pietatis filio Dei debitum, sed tantum voluisse ipsos, more Persico, eum salutare, ceu regem præstantissimum, cujus gratiam maturè captare & pacè cum eo colere voluerint. Verum nostri Magdeburgenses, Cent. i. l. c. 10. Col. 288. rectè dicunt, *nimis gentiles & prophanas esse illas cogitationes*, nam si ita res se habuisset, cur non potius expectassent magi, donec adolevisset & regni gubernationem accepisset, præsertim cum audirent, Herodem ejus terræ regnum possidere? Cur ordinario Magistratu non contenti viri hi sapientes, quæsi visissent peregrinum? Quod itaque Magi quærunt, non vulgarem aliquem Regem sed Messiam (ipsis Pharisæis hoc intelligentibus & propterea Micheam citantibus) quod Magi populi Judaici tenebris non absterrentur à proposito, quod metu Herodis non abstant ab inquisitione, quod alacri pectore Bethlehemum proficiscuntur, quod stellam nominant I P S I U S stellam, adeoq; agnoscunt hunc puerum potentè astrorum creatorem, &c. ex his omnibus facilè colligitur, eos, licet non ex omni parte perfectè, excellenti tamen luce ac notitia Messia præditos fuisse, norunt in Christo Judæorum novo Rege benedicendas gentes, Genes. 22. v. 18. norunt ad ipsum aggregandas Gentes, Gen. 49. v. 10. norunt gentibus etiam in ipsum sperandum, Esa. 11. v. 10. hæc enim si ignorassent, advenissent nunquam, imo norunt Magi talem natum regem, quem Deus ipse regno destinavit, cui item cælum & astra serviant, est profectò talis majestas, quæ omnium hujus seculi Regum splendorem longè superat, indeque certum de cultu & adoratione soli Deo debita hic agi, *Nunquam hoc tanta devotione requirerent, tanto pietatis affectu desiderarent, nisi scirent, natum regem Iudæorum, esse etiam regem seculorum*, August. serm. 31. de temp. p. 625. Quæritur autem, unde Magi hanc de Christo habuerint notitiam? & sunt sententiæ variæ. 1. Astrologi quidam putarunt olim, ut & nostro tempore Theobaldus Thammerus, Magos hanc habuisse notitiam, ex aspectu stellæ solius, atque sic: *Evangeliz ante cælo*, ut Thammerus loquitur: sed hæc sententia nimis frivola est, cum ex principiis & notitiis naturalibus, tam excellens de Christo notitia non oriatur, est enim sapien-

Vnde Magi habuerint notitiam de Christo.

pientia Dei in mysterio ita abscondita, ut eam ne principes quidem huius seculi, ingenio præstantissimi, cognoverint, 1. Cor. 2. v. 8. & 14. II. Alii dicunt Magos habuisse hanc notitiam, *ex divina inspiratione*, Leo PP. ferm. 3. in Epiph. c. 2. *per lucem à Deo donatam*, Chrysoft. hom. 7. sup. Matth. *Deo ipso animos eorum ad hoc excitante*: Niceph. l. 1. H. E. c. 13. *dedit aspicientibus intellectum, qui præstitit signum, & quod fecit intelligi fecit inquiri*, Leo in Epiph. ferm. 1. c. 1. Sed videtur reclamare, perpetua illa scripturæ Regula: *Fides ex auditu, auditus per verbum Dei*, Rom. 10. v. 17. III. Papiſtæ suas allegant nugas *ex Chronico Germani*, Regem scilicet Melchiorum à filiolo suo, in nocte nativitatis Christi genito, audivisse vocem: *Hac nocte natus est noster Salyator*. Balthasarum audivisse, eadem nativitatis nocte, vocem alicujus, ex balsami arbore volantis, columbæ, quæ dixerit: *Hac nocte generis humanis natus est Salyator*. Casparum verò habuisse Struthiocamelum, ex cujus ovis, in nativitatis nocte, sint exclusi, & Leo & ovicula, addita voce: *Hodie natus puer, qui Deus simul & homo*; Sed quid opus est his fabellis rectè docenti, Syr. 34. IV. Alii insignem Magorum de Christo notitiam adscribunt formæ inusitatæ stellæ, *cum ea habuerit imaginem parvuli, & super eo similitudinem crucis, unde eam: stellam virginis, nominant*, Albert. M. in speculo, Petrus Aliacensis, quæst. 30. in Genes. sed Matthæus simplicem simplicis stellæ mentionem facit. V. Chrysoftomus hom. 6. sup. Matth. dicit, stellam non modo angelum figura syderis apparuisse, *sed & VOCE nativitatis mysterium Magis revelasse*, sicque invenisse illos puerum: *Per Angelum responsum*. Sed noster textum etiam hoc ignorat. VI. Autor imperfecti operis in Matth. dicit, Magos habuisse *traditionem*, ex libro quodam Apocrypho, sub nomine Seth eis relicto, de tali apparitura stella tempore nativitatis Messæ, ut & de pueribus ipsi offerendis? Sed hoc apocryphon merito nobis apocryphon manet. VII. Alii huc referunt famam illam, quæ teste Suetonio in Vespasiano, totum **ORIENTEM** repleverit, circa nativitatis Christi tempora, *ex Iudæa venturum Regem, qui omnium gentium & terrarum sit futurus Dominus, quem opinionem Suetonius dicit: Veterem & Constantem*. Est hoc aliquid. VIII. Alii hic confugiunt ad Sibyllas, in quarum libris clarissima extant de Christo vaticinia, ex Lactantio & Augustino nota, imo Augustinus Steuchus innuit Sibyllam Erithræam, quæ Chaldæa fuit, indicasse suis conterraneis, & tempus & signum Adventus Christi, *stellam scilicet, desumfit ex hac Sibylla Virgilius, totam suam 4. Eclogam*

gam, quam Pollionem dicit, cujus omnia penè verba in Christum, *car-*
ram Dei sobolem & magnum celestis Iovæ incrementum quadrant, additque
hïc Chemnitius: *Hæc ab eruditis merito considerari debent.* IIX. Hieron.
Chrysof. & Theophilaçt. dixerunt Magos fuisse ex posteritate Bilea-
mi, à quo ipsorum posteri audivissent: *Oriundam in Iacob stellam, & in*
Israel hominem, cujus fortitudo futura quasi Rhinocerotis, Cyprian. ex Num.
c. 24. v. 17. Hæc ratio contemni non debet, dicit enim Bileam ex mon-
tibus Orientis se vocatum, nec in ipsius vaticinio de nudo agitur syde-
re, quia statim mentio Sceptri additur, h. e. Regni, prædixit etiam, dicto
loco, Bileam, quod Rex ille, ex Jacob oriundus, *sit confracturus proceres*
Moabæ, quod sit diruturus filios Seir, quod occupaturus sit Idumæam, quod sit pos-
sessurus Seir, in Israele fortiter acturus, &c. Hæc omnia cum dicantur de ho-
stibus Christi contumacibus, Magi hujus regis iram prævenire volue-
runt & illum sibi conciliare. IX. Optima fortè sententia est *Viri Theo-*
dorici, qui dicit, Magos fuisse Reliquias & seminaria Scholæ Danielis,
qui ut inter Magos educatus fuit, Dan. 1. v. 6. Sic nullum est dubium,
quin aliquibus Magis, doctrinam de Messia instillarit, sicut ipsi Regi
dixit ne regno Messia in æternum duraturo, Dan. 2. v. 44. & hoc ideo
facilimè crediderim, quod non omnes Judæi ex Babylone reversi sunt,
sed multi in illis locis manserunt & doctrinam Danielis, de Messia, hinc
inde propagarunt. X. Accedit translatio Bibliorum Hebræorum, jus-
su Ptolomæi Philadelphi Regis Ægypti, in linguam Græcam illis tem-
poribus conversorum; Hæc Biblia non tantum in sanctuario Hieroso-
lymis, sed & in Gentilium Bibliothecis asservabantur, & in extrema
quoque Æthiopia legebantur, Act. 8. v. 28. Legerunt itaque & nostri
Magi, procul dubio, Prophetas, ex quibus cum Pharisæi allegent Mi-
cheam, incidit Doctissimis his viris, egressurum Messiam non tan-
tum ex Bethlehem, sed & à diebus æternitatis, quod licet pharisæi
omittant, ipsi tamen propterea puerum, non ut nudum hominem, sed
ut Deum & hominem adorant. Hæc sunt veræ rationes, de quibus Phi-
lippus Mel. Post. part. 1. p. 432. dicit: *Non dubito fuisse Magos istos, non tan-*
tum DOCTOS, qui cælum inspexerunt & de stellis judicare potuerunt, sed &
homines SANCTOS, doctrinæ Danielis custodes. ¶ Observemus hïc admi-
randam Dei sapientiam, quæ pessima quæque ad fines longè optimos
novit perducere, nec mali quid Altissimus permetteret, nisi bonum inde elicere
posset, juxta Augustinum. Miserum sanè spectaculum, quod Judæi in

*Deus pessima
quæque ad bo-
num finem diri-
git.*

Babylonem captivi abducebantur & fundebant voces admodum querulas, Pſal. 137. v. 1. Jerem. 30. v. 6. ſed hâc occaſione, fama de Meſſia, per Danielis conciones, innotuit multis Orientalibus, & per conſequens noſtris etiam Magis: Sic triſte quidem ſpectaculum fuit, quod Jacob patriam relinquere & Meſopotamiam adire cogitur, at hac ratione ille diteſcit, Gen. 32. triſte ſanè ſpectaculum, quod Joſeph in Ægyptum venditur, ſed hac ratione ille exaltatur triſtis noſtrorū patrum tempore, facies Eccleſiæ erat, ſub comitiis Auguſtaniſ A. 1530. ideo potiſſimum inſtitutis, ut & Lutherus & doctrina Lutheri ex Imperio proſtigarentur, ſed hac occaſione inviſta illa Auguſtana Confeſſio toti mundo innotuit. Fidamus itaque huic admirandæ Dei providentiæ, & tentatio felicem habebit exitum, 1. Cor. 10. v. 13. quia timentibus Dominum, omnia in bonum, cooperabuntur, Rom. 8. v. 28.

His auditis turbatus eſt Herodes. J Cogitabant ſanè Magi, ſe gratiſſimum nuncium allaturos Judæis, de ortu novi Regis, ſed Herodes (1.) turbatus eſt; in Græco: ἐπελάθη, ſollicitum timorem & anxium curis exprimit, ἐπελάθη Græcis eſt idem quod φθείρω, hinc ἐπελάθη merus quidam concutiens & certis indiciis erumpens, von Herkengrund erſchrecken / daß man erblaſſet / zittert vnd bebet: In Hebræo Matthæi Evangelio eſt, נִפְּלָא Neeckar turbatus eſt confundendo, Syrus etiam habet verbum נִפְּלָא Tsua, quod non modò timorem, ſed & terrorem ſignificat ac tremorem. Cur autem Herodes ita concutitur & turbatur? Gloſſa ordinaria putat Herodem hîc timuiſſe Romanorum iram, qui decreverant, ne quis Rex vel Dominus ſine eorum conſilio, diceretur. Sed certius eſt Herodem timuiſſe propter ſeiſum. Erat ipſe rex intruſus, à Judæis non electus, ſed à Romanis præfectus: erat Herodes, ob multam tyrannidem, omnibus exoſus: erat denique alienigena & peregrinus, timet itaque, quia audit de rege Novo, neue Weſem aber die kÿhen wol / audit de rege alio, at mundus non fert duos ſoles, ut Alexander M. ad Darium dicebat: Audit de rege Nato & Judæis dato, ille gratiâ valebit apud ſuos, quia plures Orientem quàm Occidentem ſolem adorant, juxta Cæſaris proverbium. Imò ſi de novo rege quærere voluiſſent Magi, meritò Archelaum nominare debuiſſent, at ſpernitur Archelaus filius regis, & queritur filius paupercula mulieris: ſpernitur Archelaus in Palatio & queritur Chriſtus in ſtabulo: ſpernitur Archelaus in Regio lecto, & queritur is, qui jacet in præſepio: ſpernitur Archelaus involutus ſericis, & queritur Chriſtus vilibus conſtrictus panni-

panniculis, juxta Ardentium : Hoc malè habet Herodem, sed crassa subest ignorantia Prophetarum, qui regnum Messæ longè aliter depinxerant, unde patres hunc Herodis timorem & terrorem, non immeritò rident his dictis : *Hostis Herodes impiè-Christum venisse quid times? non arripit terrestria qui regna dat cœlestia, Sedul. Quid turbaris Herodes? de successore quid tantum es sollicitus? cui sydera militant, terreno imperio non tenetur, Chrysoft. serm. 158. Superfluo Herodes timore turbaris, non capit Christum regia tua, nec Mundi Dominus tui sceptri contentus est angustiis, quia, quem in Iudæa regnare non vis, ubiq; regnat, & felicius ipse regnaret, si ejus imperio te subjeceres, Leo serm. 4. in Epiph. c. 2. Quid times Herodes de regno tuo mundano? natus est ille, per quem, si sapias, regnum Dei videas, quid sevis? à gladio hujus Regis non crudelitate sed pietate eris securus, August. serm. 36. de Temp. p. 633. Non autem mirum est Herodem timere, qui regno suo erat indignus, sed additur (2.) simul cum Herode, turbatam esse totam Hierosolymam, quid ita? cur Judæi illum timent, quem tot seculis anxie expectarunt? Quidam dicunt, turbatos esse Judæos, in gratiam Herodis, idè glossa ordinaria huc refert dictum Salom. *Rex injustus omnes Ministros impios habet, Prov. 29. v. 12. Turbatus est Herodes timens successorem, turbati sunt sui, propter ejus favorem, Ardentius. Videte fratres, quantum noceat iniqua potestas, quomodo caput impium subjectos quoq; suæ conformet impietati. Misera plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiana sine dubio particeps est malitiæ, Bernh. serm. 3. in Epiph. Alii dicunt timuisse Judæos Messæ adventum, ob multiplicem suam malitiam, Judæi timent, quia Improbitas res est vesana atq; demens, Beza: quare Hierosolyma, quare princeps, quare scriba? Quia nasci non vult profanus Deum, servus Dominum, Iudicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorem. Hierosolyma varia se contaminatione perfuderat, Sacerdotes profanaverant sancta, & peccata vendentes, in questum veniam pietatemq; converterant, &c. Hinc est quod Christum nolunt nasci, sciunt enim se ejiciendos templo, privandos Sacerdotio, oblationum munere vacuandos, Chrysoft. serm. 158. Sed rectius dicitur Judæos timuisse futuros motus. Jactati fuerant hactenus civilibus bellis, sub Hircano & Aristobulo, post sub Antipatro, imò sub ipso Herode in regni ejus initio: interim Hierosolyma bis capta erat & spoliata, primò quidem à Pompejo Magno, & post annos 27. eodem die & mense, ab ipso Herode, quem quia adhuc à Romanis defendi sciebant Judæi, hinc colligunt, sine sanguine & tumultu novum Regem non posse oriri, cum**

Herodes & Iudæi cur timuerint.

*Hostes Chrifti
timidi.*

verum fit illud tritum : *Nulla fides regni socijs, Rex unicus eſto.* At quæ hæc ignorantia Prophetarum, Chriſto regnum adſcribere mundanum ? imò quæ hæc ingratitude, Meſſiâ potius carere velle, quam de fortunjs & otio periclitari ? ¶ Obſervemus itaque hic I. Mores hoſtium Chriſti & omnium impiorum, illi ut plurimum timiduli ſunt, & ad quemvis folii ſtrepitum, pallent; Sic Herodes fruſtra metuit, ne regno & vita exuatur, poſtea etiam fidem habuit, non fratribus, non cognatis, non liberis, non conjugi, Joſeph. l. antiq. 16. c. 11. nec modò Herodes ſed & omnes Judæi timent, procul dubio, ob malam conſcientiam, illa enim beſtia eſt, quæ facit hominem ſtare contra ſeipſum, cum enim timida ſit Nequitia, dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia, Sap. 17. v. 11. & verè hæc pœna eſt omnium impiorum, cor pavidum, oculi deficientes, & anima in cœore conſumta, & vita tenui filo quaſi pendens, Deut. 28. v. 65. Exempla ſunt Cain ad quævis fulgura pallens, Gen. 4. Saul, metuens filium in ſignem & generum in pietate & fidelitate filio non cedentem, 1. Sam. 14. & ſeqq. Pharaon, timens ne Iſraelitæ occupent Ægyptum, cum tamen ipſis non terra Ægyptiorum, ſed Canaan eſſet promiſſa, Exod. 1. v. 10. Dionyſius Syracuſanus, qui ne tonſori collum committeret, tondere filias docuit; ſuſpectæ fiebant filiæ jam adultæ, ideò ardentibus prunis, barbam & capillos ſibi ipſi aduſſit, ad uxores (quas duas habebat) non acceſſit, niſi noctu omnibus ante ſpeculatis & perſcrutatis, lectum foſſâ latâ circumdedit, ejusque foſſæ ponticulum ligneum, poſtquam decubuerat, attraxit, ne ulli pateret aditus; ex ſuggeſtis perorare non audens, cum populo ex alta turri agere ſolebat: cum pila ludere vellet, adoleſcentulo quem amaverat, gladium tradidit, ubi cum quidam jocans dixiſſet: *Huic quidem certè vitam tuam committis*, arrifiſſetque adoleſcens, utrumque juſſit interfici Tyrannus, alterum quod interimendi ſui viam monſtraſſet, alterum verò quod id dictum riſu approbaſſet; Talis Nero furis exagitationis omni loco: talis Phocas, de quo Mauritius Imp. *Si timidus eſt, homicida eſt*, & eventus probavit: talis Iudas, talis Latomus, talis Franciſcus de Spira, & multi alii quorum Symbolum:

Multa miſer timeo, quia feci multa protèrvè,

Exemplig, metu torqueor ipſe mei.

Beatus itaq; qui non ſentit animi ſui triftitiam & non excidit à ſpeſua, Syr. 14. v. 2. Oremus proinde, ut Deus nobis det Spiritum *voſerius* confidenti;

fidem, per quæ clamare queamus: Abba Pater, Rom. 8. non n. Spiritum timoris fervilem accepimus, sed Spiritum fortitudinis dilectionis & virtutis, 2. Tim. 1. v. 7. Rom. 8. v. 15. ¶ Observemus II. Evangelium de Christo verè esse, aliis odorè vitæ ad vitam, aliis verò odorem mortis ad mortem, 2. Cor. 2. v. 16. vide n. miram hinc vicissitudinem, imò quoddam fidei & perfidiæ certamen: Nato n. Christo, *Chaldea exultat, Hierosolyma trepidat: Iudeus insectatur, Magus veneratur: Herodes acuit gladium, Chaldeus promit aurum*, Maximus hom. 5. in Epiph. Sic ante centum annos, licet multi Evangelii doctrinam, à B. Luthero repurgatam, avidè & lætanter susciperent, multi tamen in omnibus timuerunt ordinibus. Timebant **REGES**, quia persuadebantur, tollere Lutherum omnem subditorum obedientiam, nec posse ipsos suam tueri existimationem, si per Evangelium se argui & in ordinem redigi paterentur: Timebant **PONTIFICES** & **Episcopi**, ne omnis ipsorum concideret autoritas, ob detectas fraudes & tyrannidem in Ecclesia hæctenus malè usurpatam: Timebant **Monachi** pro igne purgatorio, pro Missis, sacris funebribus, preculis conductitiis, imaginibus, suffitibus & aliis, unde posthac nullus expectandus esset quæstus: imò fidei & religionis libertas longè felicius propagaretur, nisi hodieque impediret præposterus timor multorum, qui dicunt: *Ergone rursus tumultuari libet? num nos pacis piget tædè? nondumne satis factati sumus? nondumne satis sanguinis fufum est? num de summa rerum periclitari & cum Republ. fortunas omnes in discrimen absq. causa volumus adducere? &c.* Sed quod impius timet, hoc accidit ei, Prov. 10. v. 24. verè Herodes paulò post regno, privatus est, per foedissimum obitum: verè filii ejus miserè interierunt, Archelaus in exilium Viennam Galliæ relegatus est, Herodes Antipas cum Herodiade Lugduni exulavit, ejus filius Herodes Agrippa ab Angelo percussus periit, Act. 12. Sic Judæi & Hierosolymitani ob Romanos Herodis cupiditatibus indulgent, at à Romanis postmodò oppressi sunt & funditus deleti; periclitari nolunt propter Christum, quomodo autem periclitati sunt, sub Bar-Cocho, Mose Cretenfi, Juda Gaulonite, Theuda & aliis? Nos itaque, remoto servili timore, oblatam Dei gratiam amplectamur, pro Evangelio quidvis ferre parati, tunc licet mundus tumultuetur, in Christo tamen habebimus certam pacem, quæ omnem hujus mundi intellectum superat, Joh. 16. Phil. 4. ¶ Observemus III. Davidem rectè monuisse: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram, osculamini filium, &c.*

Vanus timor.

*Rex Christus
impiis Regibus
terribilis.*

Pfal. 2. v. 10. Si enim Christus infans in vili recubans stramine, terrere potuit Herodem, jam Romanorum armis etiam non fidentem, quid olim fiet, quando ille in Gloria Patris, cum angelorum suorum myriadibus, veniet ad iudicandos vivos & mortuos? hic est ille Puer, qui auferet principibus spiritum & terribilis est apud omnes Reges terræ, Psal. 76. v. 13. sagittæ ejus acutæ, cadunt ab eis reges, Psal. 45. v. 6. Reges in die iræ suæ conteret, Psal. 110. v. 5. *Laß mir das ein junges HErrlein seyn! der wird dir's thun/ Herodes/ vnd allen Ungläubigen/ Er ist kommen ders thun sol!* *Pidè itaque timeant Reges ad patris dextram residentem, quem Rex impiè timuit adhuc matris ubera lambentem, quid enim erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cum abula terrent infantis,* August. serm. 30. de Temp. p. 623.

Et congregatis omnibus Sacerdotibus.] Herodes sibi & rebus suis non iudicat consultum, si Magi cum sua quæstione vel inter vulgus diutius errent, vel cum ipsis etiam Scribis & Pontificibus hac de re conferant, cogit itaque concilium, ut in rebus gravissimis solet factitari, & conveniunt (1.) hujus Concilii Patres jussu Regis Herodis, qui rectè sentit labia Sacerdotum custodire scientiam, & legem ex illorum ore requirendam, Mal. 2. v. 7. modò veritatis studio fecisset: conveniunt (2.) Sarim sive principes Sacerdotum, quos Matthæus ἀρχιεργεῖς nominat, Ἐργυριεστερ vel Ἐρξβισχόφφε / erant primarii Sacerdotes de familia Aaronis, in 24. Classes distributi, 2. Paral. 24. v. 5. & 36. v. 14. adduntur his: *Sopherim*, Scribæ, quos Matthæus γραμματεῖς sive *litteratos* vocat, erant illi, qui legem populo interpretabantur, cum nomen habeant à *Saphar*, quod est *enarrare, exponere*, quadrat hæc dictum Christi: omnis scriba ad regnum cælorum doctus, &c. Matth. 13. v. 12. & putat Dn. Phil. Melanth. in concilio hoc convenisse viros constantes, fortes & Sanctos, quibus interfuerint *Zacharias, Simeon & alii*, post. part. 1. p. 436. Quæstionem (3.) proponit ipse Rex, & tanta quidem diligentia, ut Matthæus dicat ἐπερωτήθητο, *percontatus est, sciscitabatur*, in Hebræo: *Daraskh* significat sollicitè, magnâ curâ & religiose inquisivit, & depingitur hac voce Herodis hypocrisis, qui fortè dixit: *Reverendi Patres, quanto ego desiderio desidero vobis promissum Messiam, utinam me vivo adesset! utinam Orientales vera narrarent! libenter sane vestro Regi cederem, libenter sceptrum & coronam ei offerrem, cum sciam ipsum totius mundi fore Dominum, in cujus regno ad honores longè majores eveherer, &c. quid ergò stertimus? cur Magorum infor-*
matio-

rationem expectamus? ipsi Gentiles sunt, nos Dei populus, illi stellam tantum nescio quam & qualem præcedunt, nos scripturam habemus, agite ergò conjungamus vires, inquiramus veritatem, dicite quaeso: Vbi nascendus Christus? O hypocrita! si Christus adest & Messias, utique mundanus aliquis Rex non adest, quem ergò times? Involvit autem (4.) Herodes quæstionem, non dicit cum Magis: Vbi est Christus? Hoc enim Sacerdotes vel ignorabant, vel si maximè scirent, non tamen indicaturi videbantur, quærit itaque de natali loco, & addit Gloss. Ordin. à Judæis querit locum & à Magis tempus, ut de utroque certus fiat.

¶ Observemus hîc I. Concilia Ecclesiastica & Synodos suo quidem in Ecclesia fructu non carere, modò rectè instituantur & legitimè. Hodiernum concilium (1.) convocat Herodes, quem Romani, tunc orbis terrarum Domini, Judææ regem fecerant, idem fecerunt *Hiskias*, 2. Paral. 29. & 30. *Iofas*, 2. Paral. 34. *Constantinus Magnus*, *Constans*, *Theodosius I.* *Theodosius II.* *Martianus* & alii Imp. sub Papatu autem cur ab eo convocantur Concilia, qui potius, ut reus, sisti & ad causam dicendam trahi debebat? Convocantur (2.) hîc Sacerdotum Principes & Scribæ Mosis cathedram indubiè occupantes, Matth. 23. sub papatu autem in conciliabilis concurrunt non legitimi Sacerdotes, sed verbi divini hostes & veri Ministerii persecutores. Quæstio (3.) in hoc Concilio est, non de Hannæ & Caiphæ primatu, non de rebus hujus seculi, sed de Christo: In conciliabilis autem pontificiis hæc quæstionum omnium summa est, quomodo Evangelii lux extingui & illorum tyrannis stabiliri possit? Respondent (4.) hi patres, non ex suo capite vel cerebro proprio, sed ex veteribus verbi Dei oraculis: in Papisticis autem Conciliis, si quæ scripturarum mentio fit, non sine dolo fit, vel detorquetur in alienum sensum, vel præferuntur ei Patres, decreta, & nescio qui canones, quos sub anathematis fulmine suis obrudunt. Longè aliter Apostoli, Act. 15. longè aliter Constantinus Magnus, qui in Synodo Nicæna gravi oratione Patres admonuit, ut ex libris Apostolicis & Prophetis, quos in medio viderent positos, censuras dogmatum cælestium ferrent, Theod. l. 1. c. 7. Imò hodiernum Concilium, licet maximè videatur legitimum, dolustamen malus nihilominus subest, & quicquid hîc fit, ad Christi tendit oppressionem, Papistarum ergo conciliis fidant illi, qui cum Hussio perire volunt non Magos imitati, cælestem audiamus vocem, cum Petro dicentes: Domine quo ibimus, tu verba vitæ æterna habes, Joh. 6. ¶ Ob-

Qua concilia legitima.

serv.

*Tunc demum
noſtra homines
bona agnoſci-
mus, quando ea,
qua habuimus,
amiſimus.*

ſerv. II. Verum eſſe Salomonis illud: *Malum, malum, dicit omnis poſſeſſor, cum autem receſſerit, laudatur*, Prov. 20. v. 14. antehac, quanti fecit Herodes Synedriion Sacerdotum? extinxerat magna crudelitate omnem veterum Sacerdotum profapiam, jam verò, da die *Dahſen am Berg ſtehen*/colligit avidè Synedrii Judaici aliquales reliquias & ab eis veritatem edifcere cupit. Talis etiam Saul erat, vivum Samuelem nolebat audire, mortuum autem ex ſepulchro revocari jubebat, *Er hette Samuelem wol wieder aus der Erd gefrahet*/1. Sam. 28. v. 9. uſque adeò tunc demum noſtra homines bona agnoſcimus, cum ea, quæ habuimus, amiſimus, audiamus ergò veritatis Doctores dum habemus, aliàs Deus famem illam ſpiritualem mittet, ut currant homines à mari uſque ad mare, & ab Aquilone, uſque ad Orientem, verbum Domini quærentes, & non invenient, Amos 8. v. 12.

Dixerunt ei, in Bethlehem Judææ.] Reſponſionem hanc, nomine Concilii, procul dubio Herodi dedit ſummus Sacerdos, qui tunc temporis erat: *Matthias*, Theophili filius, poſt per Herodem à Sacerdotali officio remotus, Joſeph. antiq. l. 17. c. 9. reſpondent autem Patres naſcendum Chriſtum in *Bethlehem Judææ*, breviter ſanè, at appoſitè & ſatis perſpicuè, cum hæc reſponſio ſit deſumta, non ex temeraria quadam divinatione, vel ex obſcuris conjecturis, ſed autore, maximè authentico, Propheta ſcilicet, & quidem Micha, cujus autoritas, non exigua olim fuit. *Micheas*, vixit annis ante natum Chriſtum 780. *Micheas* gratiſſimus fuit pientiſſimo regi Hiſkia. Jerem. 26. v. 19. *Micheas* c. 7. allegat ipſe Chriſtus, Matth. 10. v. 36. *Micheam*, citat plebs Judæa, Joh. 7. v. 42. *Micheas* nominatur à Luthero: Ein ſonderlicher Prophet für allen/ in dem/ daß er ſo gewiß deutet vnd nennet die Stadt/ da Chriſtus ſol geborẽ werden/ addit etiam Micheam ob phraſin non nihil obſcurum eſſe, cum alluſiones benè multas habeat, ut: *Zaenan für Schaenan/ &c. Als wenn ich ſagte: Roma du ſolt Raum werden / Wittenberg du ſolt ein weiter Berg werden/ &c. Das werden die Grammatici wol mercken vnd vnſern Fleiſch ſpüren.* Ipſum autem Vaticinium, Mich. 5. v. 2. jam ſequetur.

*Impii quandoq;
fruftrã verita-
tem dicunt.*

¶ Obſerv. hic I. Licet impii, præter intentionem, quandoque veritatem fateantur, ipſos tamen ejuſmodi confeſſio parum juvat. Putat quidem Dn. Philippus huic Concilio quosdam *pios & ſanctos* viros fuiſſe, ſed plurimi ſine dubio impii fuerunt, qui etſi veritatem dicunt, idem tamen ipſis accidit, quod *Bileamo*, Num. 22. quod *Sauli*, 1. Sam. 10. & 19. quod

quod *Caipha*, 1. *Joh. 11.* & aliis, qui veritati equidē adstipulati sunt, sed ex quo suo emolumento, nostri certē Scribæ aliis profunt, & sibi obsunt, & sionans sunt & cimbaliū tinniens (1. *Cor. 13.*) quod alios citat & seipsum conquassat, sunt tanquam candela, quæ alios illuminat & seipsam annihilat, Ardens. Alii demonstrato vitæ fonte, ipsi sunt mortui siccitate, facti, tanquam lapides à miliario (ut statutz Mercuriales) qui viatoribus ambulantiibus aliquid ostenderunt, ipsi autem solidi atque immobiles remanserunt, August. serm. 30. de Temp. p. 613. Similes sunt fabris arcæ Noæ, qui aliis ubi evaderent, præstiterunt, & ipsi diluvio perierunt, Idem serm. 2. de Epiph. Carnalis Israel non intelligit quod legit, non videt, quod ostendit, utitur paginis, quarum non credit eloquii, Leo serm. 3. in Epiph. Hinc Augustinus feliciorē dicit ignorantiam infantum, quos Herodes interfecit, quam scientiam Sacerdotum, quos consulit, illi enim passi sunt pro eo, quem confiteri nondum poterant, hi vero, licet sciant, non tamen querunt eum, quem invenire facilius poterant, Serm. 34. de Temp. p. 631. & qui per hos, fratres mei, nisi pravi doctores designantur, qui dicunt & non faciunt, nos itaque sic prædicemus aliis, ne ipsi reprobi fiamus, inquit Ardens, ex 1. *Cor. 9.* ¶ *Observ. II.* Omnes impios, in generalibus principiis facile subscribere veritati, si autem illa propius eos urgere incipiat, stylum facile mutant. In hoc Concilio non tantum pii quidam viri, sed & impii omnes fatentur Bethlehemi nascendum Messiam, ratio est, quod quæstio hæc generalis, nihil hæctenus aut molestiæ eis, aut detrimenti creat, sequentibus autem temporibus si quæsitum est, an Christi Mariæ filius Bethlehemi natus, esset verus Messias? manibus certè pedibusq; renitebantur, cum viderent per Christum existimationem & quæstum suum everti. Tales etiam sunt Judæi & Turcæ nostri, fatentur nobiscum generalia, Deum scilicet, qui creavit cælum & terram, quem adorent & invocent: Sed quando ulterius asserimus, illum cæli & terræ conditorem misisse filium, ejusdem secum essentia, majestatis & gloriæ, generis humani Redemptorem, quem colere nobiscum etiam debeant; hinc iras concipiunt & Christum pleno ore blasphemant. Tales etiam Papistæ, fatentur illi nobiscum Christum passum, mortuum, resurrexisse, ad cælos ascendisse & ad Patris dextram resedisse, &c. Sed in justificationis negotio, si operum meritum rejicias, si sola fide hominem salvari asseras, si uni & soli Christi merito omnia adscribas, hinc Pontificii nunquam assentiunt, quia quæstum suum everti vident. Calviniani gloriantur, se in fundamento nobiscum consenti-

In generalioribus facile convenimus cum Adversariis.

re; res ita ſe non habet, conveniunt tantum *in generalibus*, fatentur nobiſcum unum DEUM, tres perſonas, fatentur Chriſtum Deum & hominem, &c. Sed ſi ex hac unione perſonali urgeas etiam communicacionem idiomatum divinatorum, carni ſcilicet Chriſti competere Omniſcientiam, Omnipotentiam, Omnipreſentiam, cultum adorationis, &c. hic jam conſenſus ſuum habebit finem. Tales etiam ſunt mundo addicti, *generales* de virtutibus & vitiis *diſcurſus* utcuñq; ferunt, ſed ſi ipſis in ſpecie concio applicetur, & ſcelera illorum arguantur, mox fremunt ſimiles ægroto, qui medicum de morbo diſcurrentem audit quidem, & chirurgi quietus aſpicit inſtrumenta, ſed eundem ſecantem, urentem & corroſivos pulveres ulceri adhibentem, ferre non poteſt. Nos tales non ſumus, & generales & ſpeciales admonitiones patienter feramus, cum Davide dicentes: corripiat me juſtus placidè & increpet me, hoc erit oleum capiti meo, Pſal. 141. v. 5.

Erru Bethlehem Juda. ¶ De nomine, cognomine & ſitu civitatis Bethlehem, in Feſto natalitio egimus, itaque hic breves erimus, & notatu (1.) dignum eſt, quod Michæ verba non nihil hic immutantur, & dicit Lyra, ſcribas eandem quidem prophetæ ſententiam retinuiſſe, in verbis autem mutaſſe quædam, *ut planius loquerentur Regi, qui ſcripturas ignorabat*: Calvinus dicit nullum eſſe dubium, quin Scribæ fideliter ſua lingua contextum citaverint, qualis extat apud prophetam, *ſed Matthæo ſatis fuiſſe locum notare, quamvis verbum ex verbo non reddiderit*: Eraſmus in annot. Evangelix & Prophetæ diſcrepantia in tantum motus eſt, ut S. S. Apoſtoliſ *lapſum memoriæ* adſcribere non dubitarit; Sed tale quid vel cogitare impium eſt, cum ſuper fundamentum Apoſtolorum ſimus fundati, Eph. 2. & Spiritus S. duxerit eos in omnem veritatem, Joh. 14. Gloſſa Ordin. in Micheam dicit: *Scribas negligenter reſpondiſſe Herodi, Matthæum autem, ut fidum* Historicum, ita ipſorum poſuiſſe verba, ut erant prolata, nec hoc omninò poterit negari, cum omiſerint clauſulam: *de egreſſu Meſſia æterno*. Sed tamen diſſenſum (2.) Matthæi & Michæ facile tollemus. Prophetæ dicit naſcendum Chriſtum in Bethlehem *Ephrata*, hoc autem cognomen cum Moſis etiam tempore inuſitatius eſſet, quàm Bethlehem, Gen. 35. v. 19. ideò Evangelix prius nomen retinuit, utpote Herodi & omnibus notum, & pro *Ephrata* addidit *Juda*, ad differentiam alterius Bethlehem in tribu Sebulon. Civitatem (3.) quam Prophetæ minimam dicit, *nequaquam minimam* dominat Evangelix,

lista, ut *laticiam spiritus sui significaret*, inquit Melanth. post. part. i. p. 438. quasi dicens: *Vt Bethlehem corpore est parva, sic donis divinis magna est & erit gloriosa in tota aeternitate*. Parva erat respectu ædificii, unde *αμην* Joh. 7. dicitur, sed minimè parva, respectu Christi inde nascituri. Movit hæc ratio quosdam, ut interrogativè legerent prophetæ locum: *Num minima es?* sed rectius Bernh. *O Bethlehem, ut parva es, sic magnificata es, magnificavit te, qui factus est in te, gloriosus natus est in te, hinc gloriosa ubique dicuntur de te, ô Civitas Dei*, Bernh. serm. i. vig. nat. Dom. Prophetæ (4.) dicit Bethlehemi nascendum: *Moschel Dominatorem*, id quod Matthæus vertit *ηγούμενον* LXX. *ἀρχοντα* Principem, & explicationis gratia addit Matthæus, qualis vel Dominator, vel Princeps, vel Dux sit futurus Messias, nempe talis, qui *πασκεί* pascet populum Israël, nec aliena hæc explicatio est à mente prophetæ, qui c. 5. v. 4. addit: *Stabit & pascet in fortitudine Domini*, ubi Hebræum *רָעָה* Raah, omnia boni pastoris officia complectitur, ut educere oves, tueri, regere, alere, potare, &c. Proinde si Pharisæi, hoc unicum verbulum, rectè exposuissent, nunquam Herodes acuisset gladium, sed facilè intellexisset, de Rege spirituali hic agi, juxta illud Theophylact. in Matth. *Pascet, dixit, non Tyrannidem exercebit, non devorabit, non regna aliena occupabit*. Jucundum (5.) est, quod quidem & Prophetæ & Evangelistæ dicunt Messiam dominum fore & pastorem populi ISRAËL, nostritamen Magi eo non terrentur, quia norunt se *Israëlitas* esse, licet non carne attamen *promissione*, Rom. 9. *Israël interpretatur Deus videns, unde omnes Deum videntes Israëlitæ sunt, etiamsi ex gentibus nati sunt*, Theophyl. in Matth. Quis autem (6.) est ille Dux Bethlehemiticus? Judæos hoc vaticinium detorquere ad *Zorobabilem*, testatur Chrysofost. hom. 7. in Matth. Lyra etiam, in c. 5. Michæ, de quibusdam refert Catholicis, quod magis quàm Hebræi judaizent & exponant hanc scripturam de *Ezechia*; sed nihil utriq̄ue lucrantur, Judæi enim suis contradicunt majoribus, qui hoc vaticinium de Christo exponunt, ad hæc Zorobabel non in Judæa, sed in Babylone ortus est, Ezechia etiam egressus à diebus æternitatis adscribi non potest, Chaldæus præterea ita vertit Micheam: *Ex te coram me prodibit MESSIAS*, Glossa Rabbi Salomonis addidit: *Messias filius David*: Tandem (7.) illam clausulam: *Et egressus ejus à diebus æternitatis ab initio*, cur omittunt Judæi; in *adulationem profecto Regis*, inquit Chrysofost. sed licet illi omittant, nostamen non omitemus, cum pulchrè his describatur, non modò æterna divinitas

*Legere & non
intelligere perin-
culosum.*

*Vernus urbium
glendor.*

An. 1617.

*Chriftus Bethle-
hemi natus ve-
rus Mefias.*

& divina æternitas Chrifti, fimiliter adferat, Prov. 8. v. 22. Joh. I. v. I. 8. v. 58. 17. v. 5. fed & characterifticam hic proprietatem habemus, quæ patrem & filium pulchrè diftinguit, Pater enim non egreditur, filius autem egressus eft per æternam generationem à patre, ut Spiritus S. ab utroque & patre & filio, per æternam fpirationem. ¶ Difcamus hic, I. Legere & non intelligere verè effe negligere. Scribæ enim & Sacerdotes noftri legunt Prophetas, cum primis Micheam, fed quomodo & quam bellè intellexerint, res ipfa loquitur, putant illum Mofchel & Dominatorem Regem fore politicum, in quem etiam Herodes gladium propterea acuit, cum tamen ftatim addatur, illum Mofchel futurum PASTOREM qui pafcere debeat populum Ifrael: omittunt etiam auream illam claufulam de egressu Mefiæ à diebus æternitatis, unde facilis fuiffet coram Herode difcurfus, de Mefiæ & admiranda perfonâ & officio, quæ omnia illi non attendunt. Nos itaque dum fcripturas legimus, attendamus, Matth. 24. v. 15. oremus Chriftum, ut intellectum nobis aperiat, quo fcripturas intelligamus, Luc. 24. v. 45. nec afpernemur illa media, per quæ fcripturæ in fontibus fuis felicius & facilius intelliguntur. ¶ Observ. II. Veram alicujus urbis magnificentiam confiftere, in Chrifti professione & pura Evangelii prædicatione. Equidem, celeberrima fit Roma, magna fit Ninive, opulenta fit Tyrus, inexpugnabilis fit Babylon, doctæ sint Athene, &c. Bethlehem tamen, licet oppidum aliàs exiguum, ob Chrifti nativitatem, his omnibus præfertur, & ab Evangelifta & à Propheta: Sic Witteberga, licet ambitu exigua, multis tamen Europæ civitatibus merito anteferenda ideo, quod inde angelus ille apocalypiticus cum æterno evolavit Evangelio, Apoc. 14. de parva etiam Jena Dn. D. Menzerus jucundos hos verficulos fecit:

Montibus excelsis cinctæ eft celeberrima Iena

Montibus excelsis celfior ipfa fuis,

& Dn. Lutherus fuper Pfal. 45. ita commentatur: *Viliffimus etiam pagus palatium Deo eburneum eft, in quo funt bonus Pafior, & pauci quidam credentes.* Annitantur itaque omnes omnium civitatum Incolæ, ut Chrifto fuos intra muros præbeant hofpitiu, aliàs florentiffimæ etiam civitates Capernaumi fatum experiuntur, Matth. 11. v. 23. & plerumque verum eft Chryfoftomi illud, hom. de Orat. Dom. *Civitates quæ majores, eò detiores, citius evertuntur, quàm convertuntur.* ¶ III. Observandum etiam hic effet invidtum illud contra Judæos argumentum, Chriftum verè natum,

natum, datum & exhibitum, cum nasci ille debuerit in Bethlehem, quæ tamen ante multa secula est eversa, sed hoc argumentum latius pertractatum est, Fer. i. Nativ.

Tum Herodes clam accersitis Magis. J. Palam nihil audet simulata mens & conscientia dolosa, hinc ne Judæi suum fortè Messiam occultent, CLAM vel OCCULTE Magos Herodes vocat, quia, juxta Chrysof. Serm. 158. *Fur amat noctem, (Job. 24. v. 14.) Latro in occulto tendit insidias, (Obad. 5.) & mala faciens lucem fugit (Johan. 3. v. 20.)* Inquiri autem tyrannus non pueri, sed stellæ tempus, quia hoc scire expediebat, ad crudelem illum conatum Christum occidendi in prima statim infantia, confertque hic Herodem Venatori astuto D. Chrysof. hom. 7. in Matth. dicens: *Crudelissima Venationis avidus, multo cum ambitu tendit insidias.* Vult porro Herodes, ut Magi inquirant, imò (ἐξετάσσειν) ut explorent, & quidem ἀκριβῶς studiosissimè, non de aliquo rege nato, sed de P U E R O saltem, *Nomen enim potestatis invidet*, inquit Chrysof. dicto loco. Tandem valdè devotus est Herodes, cum inveneritis, dicit Magis, tunc renunciate, non meis subditis (ne scilicet illi tumultuentur) sed *mibi*, Ego enim veniam & adorabo illum, scilicet mit dem langen Spieß und frummen Sebel. Putat itaque noster Tyrannus, Magos suos esse debere proditores & delatores, verum Chrysof. Serm. 158. severè ei respondet: *Herodes, Magus adorare jussus est, & non deferre: testari venit ille, non prodere: illi dabitur videre, tibi autem non dabitur invenire: nec qui Adorare Dominum venerunt, Domini proditores esse poterunt,* addit Maximin. hom. 2. in Epiph. ¶ Observa hic I. Impios quandoque mentiri velle, cum tamen non possint, Herodes enim non adorare, sed perimere Dominum cogitabat, *promittebat cultum, sed acuebat gladium, malitiam cordis depingebat colore humilitatis,* juxta Glos. Ordinarium. Sed tandem venit tempus, *ut ad tormenta Herodes curvaretur, ut ad supplicia jaceretur, ut in poena ad terram inclinaretur ceu adoraturus, qui adorare sinxerat,* Chrysof. sic filii Jacobi somniatorem vocabant Josephum & ei flexo poplite forsitan illudebant, sed venit tempus, ut in terram prostrati verè ipsum adorarent, Gen. 42. v. 15. Sic Saul vel jocosè vel seriò dicebat, Davidem regnum tandem & coronam adepturum, id quod invito etiam Saulo verè evenit, 1. Sam. 18. v. 9. Sic Judæi Christo, passionis tempore, illudebant, genua flectebant, regem eum salutabant, sed in extremo die hunc gloriæ regem magno cum terrore videbunt omnium

Impii quandoque mentiri quidem volunt, at non possunt.

oculi, etiam illorum, qui ipfum transfixerunt, & plangent coram eo omnes tribus terræ; etiam, Amen! Apoc. i. v. 7. defiftite itaque omnes impii ab eo, qui spiritum habet in naribus, Efa. 2. ¶ **Obferua II.** Mofen rectè dixiffe: Cum quæfieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, fi tamen toto corde quæfieris & tota tribulatione animæ tuæ, Deut. 4. v. 29. Magi *toto corde* Jefulum quærunr, ideo inueniunt, non item Herodes, *cujus perfona qui alii designantur, quam Hypocrita, qui dum per fidè quærunr, inuenire Dominum nunquam merentur*, Greg. hom. 10. fup. Evang. Vide ergo ô Christiane, quomodo & cum quibus Chriflum quæras, inquirito eum non cum Judæis fed cum paganis, *nam pagani quærunr adorare, Iudæi autem fupplantare Chriflum*, Auguft. Serm. 43. ad fratres in Eremo. p. 1373.

At illi audito Rege profecti funt.] Cum Charitas fufpicax non fit, nec malum cogitet, fed omnia potius credat, & fperet, 1. Cor. 13. v. 7. hinc Magi etiam nihil mali fufpiciantur, quia & regem fyncere loqui cogitant, & ex propriæ mentis fimplicitate alios etiam æftimant, linquunt ergò fplendida Hierofolymæ incenia, per portam *Hebron*, quæ olim *Pifcium* dicta, egrediuntur, montem Gihon confcendunt, & ibi viciffim vident ftellam, non quod antea, ob interjectos montes, jubar hoc cœlefte videre non potuerint in convallibus, nec propterea, quod ftella nubibus antehac fuerit tecta, ftetit enim fub nubibus in infimo aere, fed quia occultata erat ftella, tum, *ut amittentes hunc itineris fui Ducem, Iudæos confulerent & fcripturas interrogarent*, Chryfoft. hom. 7. in Matth. tum ut nos fuo docerent exemplo, *eos auxilium deferere diuinum, qui quærunr humanum*, Glofs. Ord. Ibat ergò ftella imò præibat Magos, *ὡς ἡμεῖς αὐτὸς, præceffit & præcedendo duxit, ceu Diacomos, quodammodo apprehenfa manu trahens eos*, Chryfoft. hinc gaudent noftri peregrinantes, imò gaudio gaudent, id quod rem exaggerat & fignificationem intendit, nec hoc tantum, fed gaudio gaudent Magno, & quod fynceri ac veri gaudii formam depingit, *Gaudio magno VALDE gaudent, fe videlicet ex tot tentationibus & fidei impedimentis tandem feliciffimè eluctatos*. Et licet puer natus fit in ftabulo, digreffis tamen aliis hofpitibus Bethlehemo, jam occuparunt Iofeph & Maria diverforium, fuper quo cum ftella fubfiftat, Magi domum ingrediuntur, & inueniunt puerum cum Matre, jucundam fanè inventionem! inter alios preciosos lapides, etiam *Aftrion* gemma eft, quæ accuratius confpecta, videtur continere parvam quandam

Toto corde, qui Chriflum quærunr, illi inueniunt.

Aftrion gemma.

dam stellulam; tale Astrion Maria est, in sinu gerens stellam illam Jacob, quam Magi prostrati adorant, non sordet illis stabulum, non offenduntur pannis, non scandalizantur infantia lactentis, imò cum nulla prorsus regiae dignitatis indicia hic niteant, Magi tamen tenellum puerum adorant corporibus, honorant muneribus, venerantur officiis, unde certissimum, describi hic non civilem tantum reverentiam, id quod nonnulli Calviniani volunt, sed internam cordis devotionem à Spiritu S. accensam, de qua Bernh. Serm. I. in Epist. fol. 17. exclamat? *Quid facitis, ò Magi, quid facitis. Lactantem puerum adoratis in tugurio, ergo Deus erit: aurum offertis puerulo, ergo Rex erit: At si Deus esset, non in vili stabulo, sed in caelo & templo suo sancto esset: Sin verò Rex, ubi aula regia? ubi thronus? ubi curia regalis frequentia? nunquid aula est stabulum? thronus praesepium? curia frequentia Ioseph & Maria? quomodo ita insipientes facti viri sapientes? sed profectò qui illos adduxit, ipse & instruxit, qui per stellam foris admonuit, ipse in occulto cordis edocuit.* ¶ Observemus hic, I. Fidem veram verè oculatam esse & lynceos habere oculos, juxta Bernh. serm. in Epiph. 2. cognoscit enim Dei filium & ab uberibus pendentem, & in ligno maledicto haerentem, & inter latrones morientem: ex fide latro Christum DEI filium agnoscit in patibulo: ex fide Centurio Christum Dei filium agnoscit in maleficorum medio: ex fide Magi nostri Christum pro Dei filio agnoscunt, licet reperiatur in matris pauperulae gremio; non itaque offendamur vilibus illis mediis quæ Christum nobis offerunt, utpote aqua in Baptisterio, vino & pane in coenæ mysterio, vili & contemta docentis persona in S. S. Ministerio &c. Sed fide oculata hæc omnia intueamur, & videbimus ipsum Christum sub vilibus his adesse tegumentis. ¶ Observemus II. Magorum exemplo, adorandum adoratione una totum Christum non modò secundum humanam, sed & secundum divinam naturam. *Quid enim eo innuitur, quod CVM MATRE invenitur parvulus, nisi quod verus homo & verus hominis filius declaratur*, ait Bernh. serm. 3. in Epiph. & tamen adorarunt multo tremore, τὸ σῶμα, *Hoc Christi corpus*, quod in praesepio jacet, Chrysost. in 1. Cor. 10. fecerunt idem cæcus, Luc. 18. v. 37. *Canaanæ*, Matth. 15. *Decem leprosi*, Luc. 17. &c. acquiescimus itaq; in anathem. 8. Concilii Ephesini: *Si quis audeat dicere, assumptum hominem coadorandum Dei verbo, & conglorificandum, & connumerandum Deum, tanquam alterum cum altero, ac non potius una supplicatione veneratur Emanuelem unamque ei glorificationem dependit, juxta quod verbum caro factum est, anathema sit.* Vel ut Cy-

Vera fides oculos habet lynceos.

Totus Christus una adoratione adorandus.

An panis ad-
randus missari-
cia.

ut Cyrilli verba, ex Athanasio l. de recta fide ad Regin. Col. 286. habent: *Si quis dicat, in adorabilem Domini nostri carnem ut Hominis, & non adorandam ut Domini & Dei carnem, hunc anat hematiz at sancta & catholica Ecclesia.* *θεογονία & θεϊσμός τὸ συναμφοτέρον, Adoro Christi utrumque simul,* ait Damascen. l. 3. c. 8. ¶ III. Papistæ sic concludunt: sicut tres Magi Christum adorarunt in præsepio: ita rectissimè is adoratur in venerabili Eucharistia. Resp. si per Eucharistian intelligitur, *tota Sacramentalis actio*, utiq; Christus in ea adorandus, non modò à sumentibus, sed & à distribuentibus ac omnibus præsentibus: Papistæ autem per Eucharistian malè intelligunt *solum panem* eumque transubstantiatum, cum tamen Paulus doceat, 1. Cor. 10. panem in ipsa etiam dispensatione esse & manere panem. Ad hæc meritò manemus in Testatoris voluntate, quæ voluit panem non adorationis, sed manducationis organum, breviter: Adorarunt Magi Christum **IN** præsepio, at non **CUM** præsepio, ita & nos Christum adoramus, non cum pane, sed **IN** tota Sacramentali actione. Papistæ duo hic objiciunt: quod (1.) ipsi etiam adorent non speciem panis, sed Christum sub pane contentum, quod (2.) Christus etiam natus non sit, ut adoraretur, sed potius ut humiliaretur & ministraret, Matth. 20. & tamen rectè eum à Magis adorari: sic licet Eucharistia etiam ad adorationem non sit instituta, rectè tamen Christum in Eucharistia adorari. Resp. ad prius, mirabilis sanè Christus est & Magis prorsus ignotus, quem Papistæ adorant in Missa & processionibus, est ille Christus *ex pane factus*, juxta illud Gabrielis Biel in Spec. sacerdot. *Qui fecit me, fecit me creare se, & qui creavit me sine me, creatur mediante me,* &c. at talis Christus nec est nec erit, unde fit, ut Papistæ non Christum sed idolum & cerebri sui figmentum aliquod adorent. Falsissimum, 2. est Christum in Mundum non venisse, ut adoraretur, quia Heb. 1. v. 6. expressè dicitur, primogenitum hunc in mundum introductum, ut adoret eum tam angeli, quam homines: dictum Matth. 20. huc non quadrat, quia nostra adoratione non tam Christo, quam nobis ipsis servimus. Breviter: Papistæ semper urgent hoc, *In Eucharistia, adorandum Christum*, id quod non negamus, ideo potius probandum, panem consecratum adorandum, & quidem extra usum à Christo institutum.

Aperuerunt thesauros suos.] Insignis Magorum liberalitas depingitur, voce: *Ozar*, quod aperuerint non aliquam arculam aureis nummis repletam, ex qua Jesus parca manu aliquot apprehende-

henderit, ceu vulgò hæc historia pingi solet, sed *Thesauros suos* aperuerunt Magi, & talia obtulerunt, quorum vix similia in scripturis leges. Jacob afferre jubet Josepho modicum resinæ, & mellis, & aromatum, & stactes, & dactylorum & amygdalarum, Gen. 43. v. 12. Sic Saulo subditi munera offerunt, & dicuntur à Spiritu S. filii Belial illi, qui nulla attulerant munera, procul dubio non usque ad eò splendida, siquidem Reges Persici contenti fuerunt illis subditorum muneribus, unde quisque suos honestè sustentavit, 1. Sam. 10. v. 27. Sic Naeman leprosus Eliseo obtulit decem talenta argenti, & sex millia aureos & decem mutatoria vestimentorum, 2. Reg. 5. v. 5. Regina vero Austri Salomoni attulit centum viginti talenta auri, & aromata valdè multa, & gemmas preciosas, 1. Reg. 10. v. 10. similia ferè hîc legimus, cum Magi ex thesauris depromant *Aurum, & thuris glebas, stactes, liquores*; juxta Vidam, offerunt, 1. *Aurum*, illudque Arabicum ac proinde præstantissimum. 2. *Thus*, equidem Judæa etiam suum thus habuit, non procul ab urbe *Libna*, ut & in monte *Libano*, unde thus Hebræis *Levona*, & Græcis *Λιβανος* dicitur, sed præstantissima thura ex Arabia advecta sunt, juxta illud Virgillii: 1. I. *Georg. India mittit Ebur, mittunt sua thura Sabæ.* 3. *Myrrha* etiam fuit gummi Arabicum, ab Hebræo *Mar* vel *marar*: *amarus fuit, amaravit.* Quæritur jam cur talia obtulerint Magi? an more suæ tantum religionis? an verò peculiari zelo religionis? Quidam putant more Persico hæc omnia facta, Persæ enim suis Regibus obtulerunt *AURUM*, quo nullum inter metalla præstantius, ut eos suæ autoritatis & exultationis admonerent, ne vile quid vel sordidum dicerent aut facerent: obtulerunt *THUS*, ut ipsos admonerent, religionem illis cordi esse debere, nec in Deorum cultu ullis parcendum sumtibus, sicut Alexander M. Tyro captâ, Leonidæ præceptori suo quinquaginta thuris & centena myrrhæ talenta deferri jussit, ut in Deos parcus esse desineret, siquidem Leonides olim Alexandrum, ob prodigalitatem in sacrificiis, reprehenderat, dixeratque: Alexandrum tunc demum tanta thuris copiâ uti debere, cum terras aromata ferentes in suam potestatem redegisset. *MYRRHAM* autem obtulerunt Persæ, ut Reges admonerentur se mortales esse, vel ut Dn. Philippus dicit: Reges Persici gestarunt coronas ex Myrrha, ut scirent se paratos esse debere, ad accipienda vulnera propter subditos, cum myrrha in medicationibus ad prohibendam putrefactionem in vulneribus adhibeatur. Sed quicquid sit, negari tamen non potest,

*Cur Aurum,
Thus, Myrrham
Magi obtulerint.*

Magorum mentes ad hæc munera movisse ipsum Spiritum S. hinc, licet Magdeburgenses nostri Cent. 1. l. c. 10. pag. 289. rectè dicant, *allegorizans donorum fundamento carere*, pias tamen esse & jucundas Doctorum de his muneribus cogitationes, facilè concedunt, unde sequentia notatu digna: I. Basilius hom. de humana Christi generatione dicit, Magos in his muneribus esse secutos vaticinium Bileami, *Qui dixerit: Accumbens dormivit ut Leo, & quasi pullus Leonis, quis suscitabit eum? qui benedixerit tibi erit benedictus, & qui maledixerit, in maledictione reputabitur*: hîc per LEONEM ejus demonstrat imperium, per ACCUBITUM ejus supplicium, per BENEDITIONIS autem virtutem, ejus divinitatem, Magi igitur hoc Vaticinium sequentes, *ut Regi aurum, ut morituro Myrrham, ut Deo* thus obtulerunt. II. Lira dicit aurum eos obtulisse, ad sustentationem paupertatis matris & filii, Thus contra fœtorem loci, & myrrham ad consolidandum membra pueri. III. Glossa ordinaria dicit: *Munera clausa, notant fidem cordis, munera aperta confessionem oris: in Thure confoditur Arius, qui solè patri sacrificandum esse contendit: in Myrrha Manichæus, qui Christum non credit mortuum: in Auro uterq., quia & Manichæus de semine David regem nature non credit & Arius solam ei servitutem adscribit*. IV. In auro ostenditur captivitatis nostræ pretiosa redemptio: in Thure aperitur & cessatura dæmoniorum superstitio & futurus veræ religionis cultus: in myrrha præfiguratur carnis nostræ reparatio & mortuorum resurrectio, Max. hom. 3. in Epiph. V. Augustinus Serm. 36. de Temp. In auri munere *regia dignitas*, in thuris vigore *divina majestas*, in Myrrhæ specie *sepelienda* demonstratur *humanitas*. In auro *Regem*, in thure *Deum*, in Myrrha *hominem* fatentur incorruptibilem quamvis passibilem, Hilar. in Canon. 1. Matth. aurum ad *Tributum*: Thus ad *sacrificium*: Myrrha ad *sepulchrum* pertinet. *Aurum, thus, myrrham, Regi q., hominî q., Deo q.*, Juvenus: vel ut Sedulius: *Aurea nascenti fuderunt munera Magi, Thus dedere Deo, myrrham tribuere sepulto*. ¶ Discamus hîc I. Psal. 34. rectè dici: *Timentibus dominum non deerit ullum bonum*, Dominus enim parentibus Christi de viatico prospicit per munera Magorum, sic sustentatur à corvis Eliás, 1. Reg. 16. ab Habacuco Daniel in foveâ leonum, Dan. 3. ab Obadia Prophetæ, 1. Reg. 19. Jeremias ab Ebedmelecho, Ierem. 28. &c. Iacta itaque super Dominum curam tuam, vel *Ieba becha*, onus tuum, & ipse te sustentabit, Psal. 54. v. 23. *Quod Bethlehem non dat, fortè dabit Oriens*, juvenis enim fui & consenui, nec vidi justum derelictum, &c. Psal. 37. I. Disca-

Timentibus Dominum nihil deerit.

Discamus quid & nos Christo Servatori offerre debeamus, *thus* offerimus, quando orationis thymiama accendimus: *aurum*, dum superna sapientia resplendemus: *myrrham* cum carnem mortificamus. Verum eum *Regem*, verum *Deum*, verum *hominem* **CORDE** credamus, **ORE** confiteamur, **OPERIBUS** comprobemus. *Aurum* offerimus cum nostrum cor purificamus, *Thus*, cum puræ orationis odore eum delectamus, *Myrrham*, quando hoc mortale corpus à luxuriæ putredine custodimus, quid enim aliud est per luxuriæ fœtorem corpus defluere quam ipsum putrescere, unde de quibusdam per Prophetam dicitur [Joel 1.] *Putruerunt ut jumentum in stercore*, ne ergò per luxuriam putrescat corpus, illud Myrrhâ abstinentiæ condiamus, Rud. Ardens. A nobis *aurum* accipit, si eleemosynas facimus: *Thus* si orationes fundimus: *Myrrham*, si pro illo moriamur, Augustin. Serm. in Epiphân. Tom. 10. Col. 1447.

¶ III. Discamus rectè monuisse Paulum: *Qui eruditur, communicet, omne bonum erudienti*, Gal. 6. pulchrè enim nostri Magdeburgenses Cent. 1. l. 1. c. 10. dicunt de Magis: *Cum in ea Scholanon mediocriter se profecturos credebant, idè & didactra pendere voluerunt*: & Dn. Phil. Mel. in Postill. similiter: *Cogitemus Magos dedisse didactra pro doctrina quam audierunt à Maria & Iosepho. Ita scire debemus Ecclesia & Doctoribus fidelibus deberi didactra, sicut Paulus inquit: qui eruditur, &c. & aliqui necessarium est officium gratis ad.*

*Quidms offerre
debeamus Chri-
sto.*

*Qui eruditur,
omne bonum
erudienti com-
municet.*

Et oraculo admoniti in somniis.] Honorantes me honorabo, inquit Dominus, 1. Sam. 1. Magos itaque in somniis admonet de instanti periculo, & facilè scire poterant Magi hoc somnium verè divinum esse, pistor enim & pincerna Pharaonis diversa habebant somnia, Gen. 40. hic autem omnium somnium unum est & idem, cui Magi obsequuntur & per aliam viam, Herodi ignotam, ad suos redeunt, Lyra addit: *Descenderunt ad mare, & inde per navem transfretantem in Tharsis abierunt, propter quod Herodes iratus, postea naves Tharsensium incendit, iuxta Vaticinium: In Spiritu vehementi conteret naves Tharsis*, Psal. 47. Mira autem est Magorum obedientia: clandestinus ille discessus habebat (1.) speciem fugæ malè sibi consciorum: turpè (2.) videbatur fidem fallere Herodi datam: poterant (3.) meminisse tritici illius: *An nescis longas regibus esse manus*: cogitare (4.) poterant: cur ignobili fuga nos servare vult ille, qui mille alios servandi modos in promptu habet? *Si illi suspectus & alioquin nostro dignus non est Herodes, cur non fulmine cælitus illum prosternit? cur*

*Impiorum fr-
giamus sodali-
tium.*

*Per aliam viam
redeamus.*

nobis fugiendum, ut falvus hic maneat? Si magnum quiddam eſt hic puer & po-
tentia aliquid obrinet, cur nobis adoratoribus fugâ opus eſt? Chryſoſt. hom. 8.
in Matth. ſed parent Magi, commoda elabendi viâ untur, nec tenta-
tare Deum volunt. ¶ Diſcamus ergò, I. non expedire cum his, qui
oderunt Deum, fœdera jungere nec de religione cum malignantibus
inire conſilia, Cyprian. Serm. de Stella & Magis, pag. 422. Tom. 2. II.
Obſerv. nobis etiam redeundum per aliam viam, ſi venimus à Diabolo ad
Deum, nunquam redeamus per illam viam, qua ducit ad Diabolum: Si veniſti per
viam fornicationis, deinceps ambula viam caſtitatis: Si viam triviſti avaritiæ, am-
bula per viam eleemoſynarum, &c. Cyprian. Sermone dicto. Nos quoq; fra-
tres horum exemplo cognito Jeſu, ad cœleſtem patriam, non per viam qua deſcen-
dimus, ſed per aliam revertamur, à regione enim noſtra ſuperbiendo, viſibilia ſe-
quendo, cibum veterum guſtando, peccata noſtra excuſando, diſceſimus: & ad
eam neceſſe eſt, ut nos humiliando, obediendo, viſibilia contemendo, appetitum
carnis refrenando, peccata noſtra accuſando redeamus: à paradifi gaudiis diſceſi-
mus per oblectamenta, redeamus ergò per lamenta, quoniam, ut Pſalmiſta ait:
Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Vt ita per aliam viam in noſtram rever-
tamur regionem, ipſo ducente, qui Magos de longinquo ad ſe adduxit, Domino no-
ſtro JESU CHRISTO, AMEN.

Dominica I. poſt Epiphaniã:

Evangelium, Luc. 2.

Hibant Parentes eius, quotannis,
Hierosolymam in die feſto Paſcha.
Et cum factus eſſet JESVS anno-
rum duodecim, aſcendentibus illis
Hierosolymam, ſecundum conſuetudinem feſti
diei, aſcendebat & puer JESVS: Conſumma-
tiſq;